This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



UK Praha
8 Y 40

Digitized by Google


Národní knihovna ČR
Historické fondy

BJ40


Národní knihovna
1002588457

VIII

40

H. 50

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A. M. D. G.


INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBRI DVO.

Cat. Coll. Soc. Jesu Authore Pragæ

BARTHOLOMAEO CASSIO Curictensi Societatis IESV.

EDITIO PRIMA.

REGIAE BIBLIOTH.



ROMAE, *Apud Aloysium Zannettum.*
MDCIIII.

Superiorum Permissu.

ex dono auth: Collegio Pragensi Soc: Jesu.

Digitized by Google

APPROBATIO.

NOs Fr. Augustinus Quintius Spalateñ. Ordin. Præd. Dei & Apost. Sedis gratia Eṗs Curzuleñ. vidimus, & accuratè percurrimus has regulas Grammaticales in lingua nostra materna Illyrica per admodum R. P. Bartho. Cassium Curicten. confectas, quantum iudicamus, nihil continēt, quod sit Cathol. Doctrinæ, ac bonis moribus contrariū. In quorum fidem, &c. In Parochiali S. Nicolai de Campo Martio die 2. Aprilis 1604.

Idem Fr. Aug. Eṗs qui supra.

Imprimatur si placet R. P. M. S. P.
B. Gypsius Vicesgerens.

Imprimatur

F. Ioannes Maria Brasicchell. M.S.P. Apost.

Digitized by Google

AD ILLYRICAE linguæ Studioſos.



LLYRICÆ linguæ Inſtitutiones, quas multi exoptabant, modò præpropera fortaſsè feſtinatione, ſi minus omni ex parte perfectas, pro viribus certè alacriter, ſtudioſèque confeci. Nemo enim adhuc extiterat (quod ſciam) quem authorem ſequi poſſem, cuius præcepta de Illyrico ſermone litteris conſignata prodierint. Neque verò, vt opus hoc primus aggrederer, inducere animum potuiſſem, niſi eorum acceſſiſſet authoritas, quorum voluntati nefas eſt repugnare. Quò autem ipſi conſilio id fecerint, vt & noſtra è Societate delecti nonnulli in hac lingua perdiſcenda ſtudium ſuum, atque operam collocarent, & quà ijs di-

ſcendi labor minueretur, eiuſdem linguæ Inſtitutiones aliquæ conſcriberentur, facilè is, vt opinor, intelliget, cui ſit exploratum, quo in loco apud Illyricos hoc tempore res Chriſtiana verſetur. Nam, ſiue ob diuturnam, ac miſeram cum Religionis Catholicæ hoſtibus conſuetudinem, ſiue ob magnam doctorum, proborumque Paſtorum penuriam innumerabiles propemodum in tantis tenebris inſcitiæ iacent, vt cætera, quæ ex inſcitia oriuntur, mala taceantur; vt ne prima quidem Chriſtianæ Religionis elementa ſatis illorum pleriſque ſint nota. Quarè ſapienter eſt à noſtræ Societatis Moderatoribus conſtitutum, vt eius nationis lingua vernacula, quæ apud plurimos populos latiſſimè patet, addiſcatur ab ijs, qui ad eos erudiendos idonei cenſeantur. Etenim non videbatur ſatis inſtituti noſtri rationibus conuenire, cum tam

multi

Digitized by Google

multi ex nostris hominibus in extremos Orientis, Occidentisque fines mittantur assiduè, qui in varijs illarum gentium dialectis cognoscendis, insudent, quæ gentes nunquam antea Christianis institutæ sunt legibus, vt cum ijs de beata vita facilius agi possit; nationes aliæ propè finitimæ deserantur, quæ Christianæ, atque auitæ religionis nomen retinentes ob vnam rerum cognoscendarum, agendarumque ignorationem à maiorum suorum dignitate, splendoreque degenerent; ac tanquam incultæ arbores paulatim syluescentes, infructuosæ reddantur. Quapropter, quoad per temporis angustias licuit, linguæ huius de octo partibus orationis præcepta colligere, ac certa quadam via rationeque tractare sum conatus: quò facilius, ac celerius possint eò, quò intendunt, qui eius perdiscendæ sunt cupidi, peruenire. Quòd, si cui fortè longiores Institu-

Digitized by Google

tiones huiusmodi videbuntur, eum oro, ne ab instituto cursu, propterea retardetur. Etenim nec pauca sunt perspicuitatis potius causa proposita, & pleraque cæterorum similia nullam ferè nouam difficultatem afferunt ad cognoscendum. Equidem in spem venio fore, vt multi harum Institutionum beneficio, qualescumque tandem illæ sint, si vel pari industria, atque in Latina vel Græca lingua solent, in huius cognitione elaborent, non minores breui in ea processus esse facturos. Quod autem de orationis constructione, quam vocant, pauca quædam dumtaxat, eaque vniuersè tradiderim, nemo iure mirabitur, qui meminerit reliqua, vel cum alijs, quas norint, linguis esse communia, vel vsu potius, & exercitatione, quam doctrinæ præceptis contineri, vel non facilè simul omnia ad artem posse reuocari. Valete. Ro. 15. Cal. Maias. An. 1604.

INSTI-

Digitized by Google

INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBER PRIMVS

DE LITTERIS, NOMINE, ET PRONOMINE.

PARS PRIMA, DE LITTERIS.



VM totius locutionis, ac ſcriptionis fundamentum ſint litteræ, earumq. formæ, nomina, ac tonus, vt ipſarum figura, diſtinctio, & pronunciatio facilè percipiantur, meritò de ijs primo loco agendum eſt. Animaduerti enim in hominum meæ nationis ſcriptis minus congruam litterarum varietatem incredibile legentibus faceßere negotium. Quoniam autem munus eſt, & officium litterarum, conſeruare, ac tueri dictiones, eaſque integro ſono enunciare, curabo diligenter, vt ſublatis ſuperua-

Digitized by Google

canebs; eas litteras in Alphabetum conferam, quæ & necessariæ ad pronunciationem sunt, & quam paucissimæ à Latinis litteris forma, sonoque differant.

Exponam itaque hîc maiusculam, ac minusculam formam litterarum; quas deindè in præcipua quasi capita diuidam tum declarabo, quid sit Accentus, Apostrophus, Syllaba, Dictio: Postremò nonnihil addendum erit de Articulo, & Dialecto.

ALPHABETVM.

Aa, Bb, Cc, Çç, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vu, Vv, Xx, Yy, Zz.

DE VOCALIBVS, ET DIPHTHONGIS. Cap. I.

Litteræ vocales eædem sunt nobis, ac Latinis, a, e, i, o, u: de quarum pronunciatione nihil occurrit dicendum, quod à latino sono differat.

2 *Diphthongi sunt septem, aa, ee, ii, oo, uu, & æ. Sex prioribus vtuntur auctores maioris declarationis gratia. Æ, autem ut distinguantur nomina fœminina à masculinis*

nis, erit in usu. Idem nonnulli faciunt in duplicandis consonantibus: quod nemini nouum uideri debet, quandoquidem hoc ipsum fit à Latinis, & Græcis. Ex nostris dictionibus adhoc ostendendum satis erunt hæ: Mukka, *tormentum*; & Mûka, *farina*.

3 ¶ *a a, facit, a, longius, ut,* Vlastélaa, *nobilium.*

e e, facit, e, longius, ut, Xenee, *mulieris.*

æ, facit, e, quæ erit sæpe in vsu.

pro, e e, præsertim in fine dictionis.

i e, facit, i, &, e, semiuocales, ut Tieh, *istorum.*

ÿ, facit, i, longius, ut, Lovij, *uenatur.*

o o, facit, o, longius, ut, Plood, *fructus.*

u u, facit, u, longius, ut, Muux, *uir.*

DE LITTERIS CONSONANTIBVS SIMPLICIBVS.

Cap. II.

1 C*Onsonantes sunt uiginti, be, ce, de, ef, ga, he, ka, el, em, en, pe, qvu, er, es, te, vi, xi, yi, zi.*

2 *Ex his nullam habent diuersitatem soni, b, d, l, m, n, p, r, t, qui nobis cum latinis non sit communis. Reliquarum uerò pronunciatio singillatim explicanda est.*

De

De littera C c.

C C, *ante, uel post uocalem, & consonantem excepta, h, pronunciatur, ut apud latinos ante vocales, e, & i: ut, dicet, dicit. Sic etiam apud nos*: Rècce, *dixit*: Ríci, *uerba*: Béc, *Vienna nomen urbis*: Clovìk, *homo*. Clán, *articulus*.

De litera Ç ç.

Ç ç, *ante, uel post uocalem, & consonantem pronunciatur, ut apud Latinos littera, t, in his uocibus (etiam, sapientia) & apud Italos, z, in his (zoppo, zuccaro:) sic apud nos*, Çésar, *Cæsar*: Çîlo, *integrum*: Çvît, *flos*.

De littera F f.

F f, si ante se habeat consonantem lenius pronunciatur, ut, Sféti, *Sanctus*.

De littera G g.

G g, *ante, & post uocalem, & consonantem, nisi sequatur, i, semiuocalis, pronunciatur, ut apud Latinos ante, a, o, u, in his Garrulus, Lego, Gula: & apud Italos, gh, ut (Leghe, Salghino:) sic apud nos* Garmii, *tonat*:

Digitized by Google

nat: Gizdàvi, *elegans*: Bôg, *Deus*. *Ante consonantem autem, præsertim, l, cum proximè sequitur uocalis, a, uel o, profertur, ut apud Latinos (Gladius, Gloria:) Sic apud nos*, Gláva, *caput*: Grâd, *vrbs*. *Quod si post, gl, sit tantum uocalis, i, proferetur, ut (figli, egli:) sic* Zèmgli; *nisi sit, ghl, ut*, Dvighli. *Quando verò inter, gl, & uocales, a, e, o, u, ponitur semiuocalis, i, pronunciatur, ut apud Italos in his (Figlia, figlie:) sic apud nos*, Zemglià, *terra*: Zêmgliu, *terram*. *Quod quidam omittentes ambiguam uocum pronunciationem faciunt*.

De littera H h.

H h, est littera consonans, & pronunciatur ex gutture ante, uel post uocales, & consonantes, ut, Pìhati, *anhelare*: Haznà, *thesaurus*. Himbenníh, *decipientium*: Hrév, *truncus*; Hglìb, *panis*. *Aliquandò autem est aspirationis nota, præsertim post litteras, c, & g, ut*, Slavícch, *Philomela*: chamen, *saxum*: Dvighnu, *sustulit*.

De littera K k.

K k, pronunciatur ante, & post vocales, & consonantes, ut, apud Latinos, c, in his, caput, comes, cursus: & apud Italos, ch, ut,

(che,

Digitized by Google

(che, chi:) ſic apud nos, Káram, *uel* Chá-ram, *arguo: vtroque enim modo ſcribitur à nonnullis*. Kùchia, *domus*: Klàdda, *compes*.

De littera, Q q.

Q q, pronunciatur, ut apud Latinos: apud nos tamen coniungetur cum, v, conſonante pro, u, uocali, ut, Qvâs, *fermentum*. Qvòcka, *gallina habens pullos*.

De littera, S s.

S s, pronunciatur cum minimo quodam ſibilo, ut, Sìver, *Aquilo*: Méſo, *caro. neque audien di ſunt ij, qui dicunt multiplicem eſſe ipſius pronunciationem, ſi ſola ſumatur ante uocalem.*

De littera V v.

V v, ſic deformata, eſt conſonans ante & poſt quamcumque uocalem, & conſonantem, ut, Voynìk, *miles*: Veccér, *ueſper*: Plâv, *nauicula: ſicut apud Latinos, u, in his (uale, uolo.) Nonnulli tamen uſurpant, f, uel, u, pro hac ipſa, v.*

De littera, X x.

X x, pronunciatur tono leni, ut, ſemi, ſz,

vel

uel semi, sg, coniunctæ tamen; ut, Xenà, *mulier.*

De littera Y y.

Y y, semper est consonans eo modo, quo apud Latinos, i: etiamsi a quibusdam pro uocali, i, aliquandò vsurpetur. At apud politiores semper est consonans.

De littera Z z.

Z z, pronunciatur ante uocales, & consonantes, ut in his uocibus apud Italos: zero, zenzala: sic apud nos paulò tamen lenius in his, zátilak, occiput: zemglià, *terra;* zíma, *hiems.*

DE MVLTIPLICIBVS consonantibus simul iunctis. Cap. III.

De litteris cch, &, ck.

Litteræ, cch, ante vocalem, i, pronunciantur, ut apud Italos in his vocibus. (occhi, fenocchi;) sic apud nos (Mocchi, *uires:* ópcchina, *communitas.) Aliqui omittunt primam litteram, c, quod non placet. Litteræ autem, ck, separatim pronunciandæ sunt, quælibet suo tono, ut,* kùcka, *catella:* Qvòcka

galli-

Digitized by Google

gallina pullos habens. In eiusmodi distionibus post, c, melius erit scribere, k, *quam, ch, ne legentes pronuncient unitas.*

De litteris, chi.

Littera, i, inter ch, & uocales a, e, o, u, fit semiuocalis, ut apud Italos in his, (Occhietti, occhiali:) sic apud nos, Hochiù, *uolo:* Hòchiesc, *uis: etiam si sit una, c, ante, h.*

De litteris gn, ggn, & ghn.

Litteræ, gn, ante & post uocales, & consonantes pronunciantur ferè semper, ut apud Latinos in his, (magna, magni, magnus) sic apud nos, Pòmgna, *attentio:* Màgní, *minor:* Ogàgn, *ignis. Quod si ponatur altera consonans ante, gn, suum non amittet sonum ut patet in dictione,* Oggnà, *ignis;* Kgnàst, *mancus;* ggnilla, *argilla;* oggnillo, *igniarium. Nonnulli solent, ponere semiuocalem, i, inter, gn, & uocalem, e; Mihi uidetur non esse necessaria. Si autem interponatur inter g, & n, (vt in his* odàghnan, *abactus.* Dvighnùt, *elatus) aspiratio, h; pronuncianda erit, gh, ut supradictum est, quando sola, g, est ante vocalem, a, o, u.*

De

De litteris Sc, & Sct.

Litteræ, Sc, tono coniuncto semper pronuncianda sunt, ut apud latinos in his (Discedo, scindo) Sic apud nos: Sluscám, *audio:* Púsce, *flat.* Násci, *nostri:* Rovásc, *tessera:* Scténye, *lectio:* Sctò, *quid. Aliqui ex his postremis abijciunt, s, ita,* cténye, ctò.

De litteris Ksc.

Litteræ sic copulatæ, Ksc, uel, chsc, retinent suum tonum, ac si essent per se, K, uel ch, & sc; ut, in his: Miksca, Veksca,

DE TONO ET APOSTROPHO.

Cap. IIII.

CVm sine tono, seu accentu legi perspicuè non possit, ostendendum est breuiter quotuplex sit. Videtur autem necessarius esse triplex.

1 *Acutus, cuius hæc est notula,* á; *Munus autem, & uis erit, attollere tonum syllabæ, cui superponetur.*

2 *Grauis, cuius hæc est notula,* è: *Munus verò, & vis erit, deprimere tonum syllabæ ita vt appareat maior grauitas, vbi est hic accen-*

Digitized by Google

accentus, quam vbi nullus est. (Verũ hoc ipsum vsus docebit melius.) Quod benè notat Iacobus Gretserus noster capite 22. de Accentibus, ubi ait, θεὸς, non esse legendum elata ultima syllaba, quasi esset θεός; sed depressa: ex quo inter acutum, & grauem accentum satis apparet distinctio: sic apud nos in his: Sedlò, *ephippium:* Veslò, *remus:* Tìh, *placidus.*

3 *Protractiuus, seu circũflexus, cuius fit ex praecedẽtibus notulis sic,* ô: *Munus uerò, & uis erit, ostendere, attollendum, & protrahendũ esse tonum, uel diphthongi, quae fit ex bina vocali, uel syllabae, quae abiecta altera uocali ex diphthongo eiusdem retinet pronunciationem, ut,* Mnoox, *multitudo.* Meed, *mel, siue* Mnôx, *&* Mêd.

4 *Animaduertẽdum est autem in eadẽ dictione duos à nobis accentus nonnunquam poni: Interdum uerò ne vnum quidem.*

5 *Quid uerò sit Apostrophus perpaucis accipe. Apostrophus est nota haec* ', *reiectae uocalis, ut,* s'drivom, *cum ligno:* K'Rimu, *ad Vrbem. pro,* sà drivom. Ka Rimu. *A nonnullis tamen notula apostrophi non rectè omittitur.*

DE

Digitized by Google

DE SYLLABA ET DICTIONE Cap, V.

INdicandum eſt hîc quomodo ex vocalibus, & conſonantibus iam declaratis fiat ſyllaba; atque ex una, aut pluribus ſyllabis conſletur dictio.

De Syllaba.

Syllaba eſt coniunctio duarum, aut plurium litterarum vno ſpiritu, ac ſub vno accentu pronunciatarum: ut, Bì, *fuit;* Sìn, *filius. Numerus autem litterarum in ſyllaba eſt minus proprius unius, ut, à, ò; magis uerò duarum, trium, quatuor, quinque, aut etiam ſex litterarum, ut,* Kgnâſt, *mancus.*

De Dictione.

Dictio eſt uox conflata ex vna, aut pluribus ſyllabis, reique alicuius ſignificatiua; quæ & ſi per ſe poſita nullius eſt certi, clarique ſenſus; coniuncta tamen magis, minusue demonſtrat id, quod ſignificat. Incertum enim eſt quid ſignificet hæc dictio, Pettar, *Petrus. Certius fit, ſi dixeris,* Pettar yèſt Namìſtnik Isùkarſtov, *Petrus eſt Vicarius Ieſu Chriſti.*

B DE

Digitized by Google

DE ARTICVLO ET DIALECTO. Cap. VI.

INter loquendum nos articulis non utimur, ut faciunt Græci : auctoritate tamen Latinorum Grammaticorum adducor pænè, ut nominibus declinandis pronomen, οvi, ova, ovo : *hic, hæc, hoc, in omnibus casibus præponam. Verum id planè nullius emolumenti; sed molestiæ negotium plenum esse censeo. Quarè casuum dumtaxat appellationes una, aut altera ex primis litteris ostendendas curabo, uel etiam in recto tantum pronomen distinctiuum generum quasi articulum adscribam.*

De Dialecto.

Quamquam omnibus fermè orationis partibus, de quibus paulò post acturi sumus variæ Dialecti accidant pro uarietate Prouinciarum, & Vrbium : quoniam tamen neque mihi tantum est otij, ut, quæ cuiusque Vrbis, ac Prouinciæ propria Dialectus sit, hoc tempore perscribam, neque habita ratione finis, propter quem hæ Institutiones conscribuntur, Studiosis linguæ Illyricæ multum in præsentia commodi istiusmodi tractatio allatura est : idcirco de Dialectis agere

Digitized by Google

re prætermittam. In illud autem seriò incumbam, ut si minus optimam Idiomatis nostri rationem tradere potuero, certè optimæ proximam pro mea virili loquendi formam, quæ ab hominibus Illyricis intelligatur, cupidis auxilio harum Institutionum linguæ Illyricæ addiscendæ proponam.

INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBRI PRIMI

PARS SECVNDA.



Ac secunda parte agendum est breuiter de Oratione, & de Nomine: Deinde de præcipua Nominis parte, quæ nomen Substantiæ, siue Substantiuum appellatur: quod in tria præcipua capita diuiditur, ut ijs prima, secunda, & tertia Substantiuorum nominum declinationes comprehendantur.

DE ORATIONE, ET NOMINE. Cap. I.

1 *ORatio est apta connexio, atque dispositio uerborum ex dictionibus conflata ad aliquid significandum; vt,* Pètre mìsli ò smàrti. *Petre cogita de morte. Diuiditur autem* Oratio *etiam apud nos, ut apud Latinos in octo partes, hoc est, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpositionem, Interiectionem, & Coniunctionem. Ex quibus quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium declinantur. Reliqua uerò sunt declinationis expertes: de quibus singulis suo loco tractabimus.*

2 *Iam uerò ad primam* Orationis *partem propius accedamus, cuius hæc potest esse descriptio. Nomen est pars orationis declinabilis per casus, ac nullius significatiua temporis. Diuiditur autem Nomen in duas quasi species, Substantiuum, & Adiectiuum. De Adiectiuo hoc loco nihil. Substantiuum uerò est illud, quod in oratione per se esse potest, ut,* Voyvòda zapovída, *Dux imperat.* Voynìk poslùsca; *miles obtemperat.*

3 *Commodè partiri potest Nomen Substantiuum in Nomen Proprium, Appellatiuum, & Collectiuum.*

Pro-

Digitized by Google

4 *Proprium est, quod certas res, personasque significat, ut,* Isùs, *Iesus:* Rîm, *Roma.*

5 *Appellatiuum est quod res incertas, & communes significat, ut,* Krágl, *Rex:* Grâd, *Vrbs; Città.*

6 *Collectiuum est quod numero etiam singulari significat multitudinem, vt,* Pûk, *populus:* Mποχτυό, *turba:* Cegliád, *familia.*

7 *Anomalum porrò, siue inæquale (quód hoc loco consultò addo, cum de eo sæpè futura sit mentio) nomen est, quod aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo caret, uel diuersum est, ut, in ipsis declinationibus apparebit.*

De attributis partium Orationis.

8 *Quoniam attributa partium Orationis aliqua ex parte Nomini etiam Substantiuo conueniunt, hoc loco videntur proponenda.*

Primum attributum est, Numerus, qui Nominum, Pronominum, Verborum, & Participiorum duplex est: Singularis, ut, Díva, *uirgo:* Yá, *ego:* Gliúbim, *amo. Pluralis, ut,* Dívæ, *virgines:* Mij, *nos:* Gliúbimo, *amamus.*

Secundum est, Casus, qui Nominum, Participiorum, & nonnullorum Pronominum sunt sex apud Latinos: apud nos uerò in singulari ferè semper sunt septem: in Plurali

propter diuersitatem desinentiæ, & significationis sunt octo; quod contingit præcipuè in nominibus Substantiuis. Sunt autem Casuum appellationes apud Latinos. Nominatiuus siue Rectus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus: quibus nos addimus in singulari casum Septimum, & in Plurali præter septimum etiam Octauum. Septimus in utroque numero erit concomitantiam, uel causam, uel modum, uel instrumentum significans. Octauus in Plurali tantum cum præpositione, ù, *idest, in, significabit statum in loco. In singulari enim pro hoc Octauo utimur Datiuo cum eadem præpositione.*

Tertium sunt Genera præcipua, quæ tribuuntur nominibus, Masculinum siue Virile, Fœmininum, siue Muliebre, & Neutrum. Primum demonstratur hoc Articulo Ovì, *hic: ut,* Ovì Gospodár móy naucèn; *hic Dominus meus doctus. Secundum hoc,* Ová, *hæc: ut,* Ová devóyka moyà naucenna; *hæc ancilla mea docta. Tertium,* Ovó, *hoc; ut,* Ovó róbce moyè naucenno: *hoc mancipium meum doctum. Ex his tribus nascuntur apud Latinos Commune duorum, & Commune trium. Apud nos uerò uix reperitur Commune duorum; cui præponemus,* Ovì, *&* Ová: *hic, & hæc: vt,* Ovì, *&* Ová Poglávica. *hic, & hæc Princeps. & huic similia.*

De

Digitized by Google

De Coniugationibus, Modis, Temporibus, & Personis uerborum suo loco dicetur.

Figuræ Nominum sunt duæ. Simplex, ut, Mudàr, *prudens:* Gospodìn, *Dominus:* Yerè, *quia. Composita, ut,* Isùkarst, *Iesus Christus:* Ssemògi, *omnipotens:* Nigdár, *nunquam.*

Species uerò sunt etiam duæ. Primitiua ut Otàç, *pater. Deriuatiua, ut,* Ocèv, *paternus.*

DE PRIMA NOMINIS SVBSTANTIVI DECLINATIONE. Caput II.

1 *PRima hæc declinatio est Masculinorum & Neutrorum. Quædam Masculina tum propria, tum appellatiua in recto ferè desinunt in unam, duas, uel tres consonantes, ut,* Isùs, *Iesus:* Naucìtegl, *magister:* Kàrst, *Christus. Quædam uerò, & præcipuè Diminutiua desinunt in uocales, è, & ò, ut,* Pétre, Píro: *Petrus.* Márko, Marcus. Gárgo, *Gregorius.*

Neutra autem fermè desinunt in e, & o, & sunt Appellatiua: ut, Vrìme, *tempus:* Sàrçe, *cor: &* Nebbo, *cælum, & alia huiusmodi.*

Genitiuus singularis omnium desinit in, a. Datiuus in, u. Accusatiuus in, a. Vocatiuus in, e, uel in quibusdam in, o. Ablatiuus in, a,

Digitized by Google

cum præpositione, od, quæ potest tribui etiam Genitiuo. Septimus casus in, om, uel interdum in, em, cum præpositione, sa, uel, s', uel sine ea.

2 *Nominatiuus pluralis Masculinorum in i, & Neutrorum in, a. Genitiuus Masculinorum in, ov, interdum in, ev, aa, ÿ, uel* â, î. *Neutrorum in, aa, uel, ÿ, præcipuè. Datiuus in, om, & aliquando in, em. Accusatiuus Masculinorum in, i, uel, e; & Neutrorum in, a. Vocatiuus Masculinorum in, i. Neutrorum in, a. Ablatiuus similis est Genitiuo. Septimus in, imi, uel, ima, uel, ÿ, quorumdam. Octauus casus in, ib.*

PRIMA DECLINATIO NOMINIS SVBSTANTIVI.

Exemplum Primum.

Nominis Proprij imparisyllabi. numero singulari.

Nom.	Ovi Isùs.	*hic Iesus.*
Gen.	Isùssa.	*Iesu.*
Dat.	Isùssu.	*Iesu.*
Acc.	Isùssa.	*Iesum.*
Voc.	ò Isùsse.	*ò Iesu.*
Abl.	od Isùssa.	*à Iesu.*
Sept.	s'Isùssom, *vel*, em.	*cum Iesu.*

Exem-

Exemplum ſecundum.

Nominis Proprij pariſyllabi.
Numero ſingulari.

Nom.	Ovi Pettar.	*hic Petrus.*
Gen.	Pètra.	*Petri.*
Dat.	Petrù.	*Petro.*
Acc.	Pètra.	*Petrum.*
Voc.	ò Pètre.	*ò Petre.*
Abl.	od Pètra.	*à Petro.*
Sept.	s'Pètrom.	*cum Petro.*

Admonitio.

1 *Ad hæc exempla reuocantur ferè omnia Nomina cum propria impariſyllaba, hoc eſt, quæ plures habent ſyllabas in caſibus obliquis, quam in Recto; tum Propria pariſyllaba, hoc eſt, quæ tot habent ſyllabas in obliquis, quot in Recto.*

2 *Particulam (*od*) ſolemus præponere Ablatiuo; & ſignificat, à, uel ab; & interdum, de; nonnunquam etiam Genitiuo, & ſignificat idem, quod apud Italos (del, di, delli) & his ſimilia.*

3 *Particula,* ſa, *uel* s', *præponitur Septimo, & ſignificat, cum; tametſi eadem poſsit etiam præponi Ablatiuo, ſi ſignificet, ex; ut,* s'kóga pûta, *ex quo itinere.*

Nu-

4 *Numerum Pluralem tribuimus Nominibus Proprÿs eo modo, quo Latini, cũ dicunt, Antonÿ, Pauli, Catones: quæ declinabimus more Appellatiuorum.*

5 *Nomina Propria tum desinentia in, e, & o, siue Primitiua, siue Diminutiua ferè sunt parisyllaba ut,* Yúre, *Georgius:* Yúra, *Georgÿ:* Ivo, *Ioannes:* Iva, *Ioannis; & alia huiusmodi: quæ habent uocatiuum similem recto in utroque Numero: tum nonnulla desinentia in, al, ar, & ay, sunt parisyllaba, ut,* Pàval, *Paulus:* Pàvla, *Pauli:* Màvar, *Maurus:* Màvra, *Mauri:* Yùray, *Georgius:* Yùrya, *Georgÿ.*

6 *Nomina Propria desinentia in,* ay, *si declinentur Numero Plurali pro syllaba,* ov, *in Genitiuo habent,* ev*; ut,* Yùray, Yùryev*: quod etiam accidit in Ablatiuo.*

Exceptio.

Possumus excipere ex desinentibus in, ar. *Nomen Proprium,* Hvár. *Pharia Insula, & Vrbs.* Hvára, *Phariæ: & si qua sunt alia, quæ huc congeri non possunt, imparisyllaba.*

Exem-

Exemplum Primum.
Nominis Appellatiui imparisyllabi
Masculini.
Numero singulari.

Nom.	Ovi Gòlub.	*hic Columbus.*
Gen.	Gòluba.	*Columbi.*
Dat.	Gòlubu.	*Columbo.*
Acc.	Gòluba.	*Columbum.*
Voc.	ò Gòlube.	*ò Columbe.*
Abl.	od Gòluba.	*à Columbo.*
Sept.	s'Gòlubom.	*cũ Columbo.*

Plurali.

Nom.	Ovì Gòlubi.	*hi Columbi.*
Gen.	Gòlubov, *uel* golubâ, *uel* golubî.	
Dat.	Gòlubom.	
Acc.	Gòlubi, *uel* gòlube.	
Voc.	ò Gòlubi.	
Abl.	od Gòlubov, *uel* golubâ, *uel* golubî.	
Sept.	s'Golubìmi, *uel* s'golubìma, *uel* (s'golubî.	
Oct.	ù Golubíh, *uel* golubî.	

Exemplum Secundum.

Nominis Appellatiui imparisyllabi
Masculini.
Numero singulari.

Nom. Ovi Vittar. *hic Ventus.*

Gen.

Gen.	Vitra.	*Venti.*
Dat.	Vitru.	*Vento.*
Acc.	Vitra.	*Ventum.*
Voc.	ò Vitre.	*ò Vente.*
Abl.	od Vitra.	*à Vento.*
Sept.	s'Vitrom.	*cum Vento.*

Numero Plurali.

Nom.	Vitri.	*Venti.*
Gen.	Vitrov, *uel* Vitarâ, *uel* Vitrî,	*Ventorum.*
Dat.	Vitrom.	*Ventis.*
Acc.	Vitri, *uel* Vitre.	*Ventos.*
Voc.	ò Vitri.	*ò Venti.*
Abl.	od Vitrov, *uel* Vitarà, *uel* Vitrî,	*à Ventis.*
Sept.	s'Vitrimi, *uel* Vitrima, *uel* Vitrî,	*cum Ventis.*
Oct.	ù Vitríh, *uel* Vitrî.	*in Ventis.*

Admonitio I.

*Declinātur omnia imparisyllaba finita in has puras consonantes, b,c,d,g,h,*k*,l,m,n,p,r,s, t,v,x,y,z; sicut nomen primi exempli, ut,* Yàreb, *Perdix*: Lûc, *tæda*: Bôg, *Deus. Quod idem ferè accidit in ijs, quæ desinunt in, cch, ut* Volìcch, Ditìcch. *& in sc, ut,* Rovàsc; *& in, st, ut,* Môst; *& in, egl, ut,* Stvorìtegl: *& in alijs huiusmodi.*

Exce-

Exceptio I.

Quædam Nomina terminata syllabis, ak, al, an, & ar, sunt ferè parisyllaba facta quasi per syncopem, quæ tollit illis de medio uocalem, a, ut in secundo exemplo manifestum est. Ad quod reduci poterunt hæc, Momàk, Zatìlak, Prilìpàk, Cetvartàk, Petàk, Pakál, Orál, Posál, Ovàn, Víhar, Papàr; *& alia huiusmodi.*

Exceptio II.

1 *Desinentia in g, purum, & in ez, mutant Genitiui Singularis g, & z, in Vocatiuo in litteram x, & in Nominatiuo Plurali in litterã z, ut,* Têg, Téga, ò Téxe, Tézi. Snîg, ò Sníxe, Snízi. Bôg, Bòxe, Bozi. Vitéz, Vitéxe, Vitézi; *licet in Plurali terminatorum, g, littera, possit syllaba, zi, mutari in ge, ut,* Tége, Sníge, Bòge.

2 *Desinentia uerò in, h, litteram, uel rh, mutant Genitiui, h in Vocatiuo in litteras sc, ut* Vlàh, Vlàha, Vlàsce. Pètteh, Pètteha, Pèttesce. Dûh, Dûha, Dûsce. *At in Nominatiuo Plurali abijciunt, c, ut,* Vlàsi, Pèttesi, Dûsi. *quamuis possit dici etiam,* Vlàhe, Pèttehe, Dûhe. *Quod idem accidit in Accusatiuo.*

Exce-

Digitized by Google

Exceptio III.

Nonnulla finita in, nin, & deriuata à Religionibus, Vrbibus, Prouincÿs, & alÿs huiusmodi ultimam litteram, n, abÿciunt, ut forment Nominatiuum, Accusatiuum, & Vocatiuum Pluralem, ut Karſtyànin, Karſtyàni. Boſcgnànin, Boſcgnàni. *uel mutant nin, in ne; ut,* Karſtyàne, Boſcgnàne.

Exceptio IV.

Desinentia in y, x, egl, & ſc, pro Genitiui Pluralis ultima ſyllaba, ov, *habent,* ev; *& pro Datiui* em, *habent* om; *ut* Ràỳ, Rayév, Rayém: Pûx, Púxev, Puxèm: Spasìtegl, Spasiteglièv, Spasíteglìem. Rováſc, Rováſcev, Rováſcem: *quod contingit etiam in Ablatiuo Plurali.*

Admonitio II.

Desinentia in, aç, *& in,* gn, *ferè ſunt pariſyllaba, & declinari poterunt, ut ſecundum exemplum: ita, ut in obliquis præponatur littera* ç, *&* gn, *uocali* a; *ut* Kolàç, Kolçà: Otàç, Otçà: Ogàgn, Oggnà; *quamquam in ÿs, quæ in recto habent, t, ante, a, poteſt in obliquis, uel abÿci, t, uel mutari in alteram* ç: *ut,* Otàç, Otçà, Oççà, Oçà.

Ex-

Exceptio.

1 *Excipiuntur quædam, quæ, etiamsi desinant in*, aç; *crescunt tamen in obliquis, & retinent*, ç; *vt*, vencàç, vencaçà, vencaçè, vencaçì. *Idē accidit in desinentibus in*, arç: *vt* Mudàrç Mudàrça.

2 *Eadem Nomina in*, aç, *&*, arç, *terminantur in Genitiuo Plurali syllaba*, ev, *& in Datiuo*, em, *ut*, Kolàç Kolçèv, Kolçèm: Mudàrç, vencàç, vgàrç.

3 *Eadem finita in*, aç, *ac multa in*, ak, ik, ok, uk, *mutant Genitiui Singularis*, ç, *&* k, *siue duplex sit, siue simplex in litteram*, c, *in Vocatiuo singulari: ut* Otàç, òtce, *uel* òccę. Zubàtaç, Zubàce. Yunák, Yùnáce. Sfidòk, Sfidòce, *& his similia. At in Nominatiuo Plurali, eiusque obliquis ante vocalem*, i, *habent litteram*, ç; *vt* Oçì Zubàtçi. *Quamquā finita in*, k, *possunt mutare*, çi, *in* ke: *ut*, Yunáke, Sfidòke, *&c.*

Admonitio III.

Solemus pro uocatiuo singulari, assumere vocem Datiui; præsertim eorum nominum, quæ desinunt in, icch, egl, *ut*, Diticch, ò Ditìchiu: Mladìcch, ò Mladìchiu: Priatègl, ò Priateglìu.

Ad-

Digitized by Google

Admonitio IIII.

1 *Sunt nonnulla anomala ex Masculinis huius declinationis, ut,* Dán, *Dies. Gen.* Dnéva, *uel* Dána. *Dat.* Dnévu, *uel* Dánu, *& ita deinceps.*

2 *Quædam verò in Plurali dumtaxat habent formas dissimiles, ut,* Vlàsteli, *uel* Vlàstele. *Gen.* Vlastêl, *uel* Vlastél, *uel* Vlàstelov, *uel* Vlastelìnov. *Dat.* Vlåstelom, *uel* Vlastelìnô, *&c.*

3 *Quædam denique sunt tantum Numeri Pluralis: ut,* Gliúdi, Dvòyçi, Tròyçi. *Atque hæc sunt, quæ de Nominibus Masculinis huius primæ declinationis colligere potui. Existimo enim multa esse alia, quæ facilius vsu addiscentur, quam regulis comprehendentur.*

Exemplum primum.

Nominis Appellatiui imparisyllabi generis neutri finiti in, e.

Numero singulari.

Nom.	Ovò vríme.	*hoc Tempus.*
Gen.	vrìmena.	*Temporis.*
Dat.	vrìmenu.	*Tempori.*
Acc.	vríme.	*Tempus.*
Voc.	ò vríme.	*ò Tempus.*
Abl.	od vrìmena.	*à Tempore.*

Sept.

Digitized by Google

Sept.	s'vrìmenom, *uel* vrìmenem.	*cum* (*Tempore.*

Plurali.

Nom.	vrìmena.	*Tempora.*
Gen.	vrimên, *uel* vriménâ, *uel* vrimênî.	(*Temporum.*
Dat.	vrimenóm.	*Temporibus.*
Acc.	vrìmena.	*Tempora.*
Voc.	o vrìmena.	*o Tempora.*
Abl.	òd vrimên, &c. *ut in Gen.*	*à tẽporibus.*
Sept.	s'vriménî, *uel*, vrimenìma	*cũ tẽporib.*
Oct.	ù vrimeníh.	*in temporibus.*

Admonitio.

1 *Nomina Neutra habent in utroque Numero Accusatiuum, & Vocatiuum similes Nominatiuo: Ablatiuum uerò similem Genitiuo.*

2 *Omnia ferè finita in, ce, çe, glie, chie, & ye, non crescunt in obliquis, ut,* Róbce, Sàrçe, Súnçe, Zéglie, Pòglie, víchie, yaye, govorénye, *cum omnibus verbalibus desinẽtibus in, ye: Desinentia uerò in me, le, atque, te, sunt imparisyllaba, ut,* Brìmme, Brìmmena: Telè, Telèta: Dîte, Ditèta, *& alia huiusmodi.*

C Exem-

Exemplum Secundum.

Nominis appellatiui pariſyllabi neutri finiti in, o.

Numero ſingulari.

Nom.	ovó Zláto	*hoc aurum*
Gen.	Zláta	*auri*
Dat.	Zlátu	*auro*
Acc.	Zláto	*aurum*
Voc.	o Zláto	*o aurum*
Abl.	od Zláta	*ab auro*
Sept.	sà Zlátom	*cum auro*

Plurali.

Nom.	Zláta.
Gen.	Zlátov, *uel*, zlatâ, *uel*, zlatî.
Dat.	Zlátom.
Acc.	Zláta.
Voc.	ò Zláta:
Abl.	od Zlátov, &c. *ut in Gen.*
Sept.	sà Zlátima, *uel*, zlátimi, *uel*, zlatî.
Oct.	ù Zlatíh, *uel*, zlatî.

Admonitio.

Sic declinantur finita in, bo, do, ko, lo, mo, no,

ro,

Digitized by Google

ro, so, to, vo, & si qua sunt alia neutra huius declinationis, ut, nebbo, cedò, mlíko, màslo. ſrebrò, méſo, goſpodſtvò, *& omnia neutra finita in*, tvo.

Exceptio.

1 *Quædam ex his sunt anomala numero Plurali, ut*, Nebbo, *Plur. Nom.* nebbesà; nebba, nebbi. *Gen.* nebbês, nebbesà, *uel*, Nebbôv, *uel*, Nebbî, &c. ſic ûdo. *Plur. Nom.* ûda, ûdi, &c. cùddo. *Plur.* Cuddesà, cùdda, cùddi, &c. ſic tîlo; tilesà, tîla, tîli, &c. Slovò; slovesà, slovà, slòvi.

2 *Nomen*, òko, *facit in Nom. Plur.* occi. *Gen.* occìyu. *Dat.* okóm. *Sept.* s'Occìma, *uel*, s'occìyu. *Oct.* ù occih, *uel*, ù occìyu.

3 *Contingit idem nomini*, ùho. *Plur. Nominat.* ùſci. *Gen.* uſcìyu, *uel*, uha. *Dat.* uhóm. *Sept.* s'uſcìma, &c.

DE SECVNDA.

Nominis Subſtantiui Declinatione. Cap. III.

1 *Huius declinationis nomina partim sunt propria Masculina, & Fœminina: partim*

appellatiua masculina fœminina, & quædam communia duorum, aut etiam trium.

Parisyllaba sunt fermè omnia, exceptis quibusdam casibus.

2 *Num. Sing. Nominatiuus desinit in, a; ut* ovi Andrìya. ová Marìya. ovi Slûga. ová Sluxbèniça. ovi, & ová Vodopìya.

Genitiuus desinit in, e: maioris tamen perspicuitatis gratia distinguemus à Masculinis, fœmininorum nominum casus diphthongo, æ; ut ovi Voyvòda, Voyvòde. ová xenà, xenæ. *Atque ex hoc casu sumetur distinctio huius declinationis ab alijs.*

Datiuus desinit in, i; ut, ovomú Andrìyi ovôy Marìyi, &c.

Accusatiuus desinit in, u: ut ovogá Voyvòdu. ovú Agnìyu, &c.

Vocatiuus plerumque desinit in, o, uel, a, interdum in, e: ut, ò Dîvo. ò Klára. ò Bogoròdiçæ.

Ablatiuus cum præpositione, od, similis est Genitiuo.

Septimus casus cum præpositione, sa, uel, s', desinit in, om; ut, s'Dîvóm: *interdum omittitur præpositio.*

3 *Num. Plur. Nom. desinit in, e, uel æ. Gen. in,* â, *uel abiecta ultima uocali nominatiui, in aliquam consonantem. Dat, in, am. Accu.*

&

& Voc. in, e, uel æ. Abl. cum præpositione ◡, od, ut Gen. Sept. in, ami, uel, ama, uel, î, cum præpositione, sa, uel, s'. Oct: in, ab, cum præpositione ◡, u.

SECVNDA DECLINATIO.
Nominis Substantiui.

Exemplum Primum.

Nominis Proprij Fœminini.
Numero singulari.

Nom. ová Marìya		*hæc Maria.*
Gen. ovæ Mariyaê		*Mariæ.*
Dat. ovóy Marìyi		*Mariæ.*
Acc. ovú Marìyu		*Mariam.*
Voc. ò Marìya, *uel*, Marìyæ		*ò Maria.*
Abl. odovæ Marìyæ		*à Maria.*
Sep. s'ovómMarìyom		*cum hac Maria.*

Exemplum secundum.
Nominis Appellatiui Masculini.
Numero singulari.

Nom. oví Voyvòda		*hic dux.*
Gen. Voyvodé		*ducis.*

Dat.	Voyvòdi	*duci*
Acc.	Voyvòdu	*ducem*
Voc.	ò Voyvòda	*ò dux*
Abl.	od Voyvodé	*à duce*
Sept.	s' Voyvòdom	*cum duce*

Plurali.

Nom.	Voyvòde	*duces*
Gen.	Voyvód, uel, Voyvódaa	*ducum*
Dat.	Voyvòdam	*ducibus*
Acc.	Voyvòde	*duces*
Voc.	ò Voyvòde	*ò duces*
Abl.	od Voyvód, uel, Voyvódâ,	*à ducibus.*
Sept.	s' Voyvòdami, uel, Voyvòdama.	*cũ (ducibus*
Oct.	ù Voyuodáh	*in ducibus*

Admonitio.

1 *Satis esse hæc duo exempla videntur ad declinanda nomina Propria, & Appellatiua cuiuscun que generis desinentia in, a.*

2 *Vocatiuus ferè omnium Appellatiuorum desinit in, o, ut,* Ribba, ò Ribbo, Dûsca, ò Dûsco. Besìda, ò Besìdo, &c. *finita in, ba, sca, da, ga, ha, chia, glia, ka, &c. Finita autem in, ça, desinunt in Vocatiuo in syllabam, çæ, ut,* Vodìça, ò Vodicæ. Divìça, ò Divìçæ.

3 *De-*

3 *Desinentium in, ga, Datiuus singularis habet g, vel, z, ante vocalem; vt* Slûga, Slûgi, *vel* Slûzi. vùga, vùgi, *uel,* vùzi.

4 *Ex primo exemplo, & alijs eiusmodi abijci potest littera, y, ex omnibus casibus, excepta illa formà genitiui pluralis & ablatiui, quæ fit ex Nominatiuo abiecta vltima vocali, siue diphthongo; quod contingit, cum in nominibus Proprijs, si in Plurali declinentur, tum in appellatiuis, ut,* Marìyæ, *Genitiuo,* Maríy. Xenæ, *Genitiuo:* Xên. Slûge. *Genitiuo;* Slûg.

5 *Quædã finita in,* qva, *mutant, in,* kav, *k, in Gen. Plur. ut,* Çríqva. *Pl. Gen.* Çríkav.

Admonitio II.

Nonnulla Nomina huius declinationis Anomala sunt, & præcipuè hæc duo, quorum Nominatiuus desinit in, i. Nominatiuo Matti, Mater. *Genitiuo,* Matteræ. *Datiuo* Matteri. *Accusatiuo,* Matter. *&c. sic etiam. Nominatiuo,* Kcchí, *filia: Genitiuo:* kchieræ. *Datiuo* kchièri. *Accusatiuo.* kchier. *&c.*

DE TERTIA.
Nominis substantiui declinatione.
Cap. IIII.

1 *Nomina huius declinationis sunt Appella-*

Digitized by Google

tiua imparisyllaba, & Foeminina dũtaxat.

2 *Num. singulari. Nom. Acc. & Voc. desinit in unam vel duas consonantes, quæ fermè sunt. c, d, l, n, r,* cch, *st, &, v. ut,* Rîc, nôcch. lipóst, Plâv. *&c.*

Genit. & Dat. desinit in vocalem, i, quæ est distinctiua huius tertiæ Declinationis.

Ablatiuus cum propositione, od, similis est Genitiuo.

Septimus desinit in, yu, *cum propositione, sa, s; uel sine ea.*

3 *Numero plurali Nomin. Accusat. & Voc. desinit in, i. Gen. & Ablat. in,* î, *uel in,* â, *uel his abiectis, ut,* Stvarî, *uel* Stvarâ, *uel* Stvâr. *Dat. in, am. Septimus cum propositione, sa, s, desinit in, ami, ama, uel,* î, *Oct. cum præpositione, ù. desinit in,* ah, *uel,* ch, *uel,* ih.

TERTIA DECLINATIO.
Nominis substantiui.

Exemplum.

Numero singulari.

Nom.	ová Sladóst.	*haec dulcedo.*
Gen.	Slàdosti.	*dulcedinis.*
Dat.	Slàdosti.	*dulcedini.*

Acc.

Digitized by Google

Acc.	Sladôst.	*dulcedinem.*
Voc.	*ò* Sladôst.	*ò dulcedo.*
Abl.	*od.* Slàdosti.	*à dulcedine.*
Sept.	*sà* Slàdostyu.	*cũ dulcedine.*

Plurali.

Nom.	ovæ Slàdosti.	*dulcedines.*
Gen.	Sladôst, *vel* Sladostî; *uel* Sladostâ.	*(dulcedinum*
Dat.	Slàdostam.	*dulcedinibus.*
Acc.	Slàdósti.	*dulcedines.*
Voc.	*ò* Slàdostì.	*ò dulcedines.*
Abl.	*od* Sladôst. *ut in Gen.*	*à*
Sept.	*sà* Sladostàmi, Sladostîma, *uel* Sladostî,	*cum* *dulcedinibus.*
Oct.	*ù* Sladostíh.	*in*

Admonitio.

Eadem est ratio declinandorum Nominum, quæ desinunt in unam consonantem. Nomina autem desinentia in plures ferè sunt uirtutum aut vitiorum, quæ à Philosophis appellantur abstracta.

Digitized by Google

INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBRI PRIMI

PARS TERTIA,

DE NOMINE ADIECTIVO, & eius ſpeciebus in vniuerſum.

CAPVT I.



OMEN Adiectiuum eſt, quod in oratione eſſe non poteſt ſine ſubſtantiuo apertè, uel occultè, cuius qualitatē, quantitatemue declaret, ut, Cîlta dîva, *pura virgo.*

Species autem nominis Adiectiui fermè ſunt ſex.

Prima eſt eorum, quæ aliquid de ſubſtantiuo affirmant, vel negant; quæ rurſus ſubdiuiditur in duo quaſi capita. Primum complectitur nomina Abſoluta, Poſitiua, ſiue Principalia, ut, bîli, *Albus:* ſtâri, *antiquus:* Mâli, *paruus: Alterum uerò comprehendit ea nomina, quæ ex alijs, aut formantur, aut deriuantur. Horum prima ſpecies eſt Nomen Poſſeſſiuum, quod aut rem poſſeſſam, aut ad ali-*

quem

Digitized by Google

quem pertinētem significat, ut, Ivannôv kògn, *Ioannis equus:* Bískupgliev vinògrad, *Episcopalis vinea. Secunda species est Nomē Patrium, quod patriam adsignificat, ut,* Pâſcki, *Curictensis,* Rimski, *Romanus: Tertia species est Nomen Gentile, quod gentem, uel nationem indicat, ut,* Slovínski, *Illyricus:* Túrski, *Turcicus. Quarta species est nomen Materiale, quod materiā significat ex qua aliquid est, ut,* Zlátni, *aureus,* Srébarni, *argenteus. Quinta species est nomen desumptum à loco, uel tempore, ut,* Nebbeſkí, *cœlestis:* Danàſcgni, *hodiernus. Et alia huius modi, quæ apud nos penè ex omni genere nominum, & aduerbiorum formari possunt.*

Secunda species præcipua est nomen Interrogatiuum, quo quærimus de substantia, qualitate, aut quantitate quarumcumque rerum: Ad quod respondere solemus, uel per nomen substantiuum, seu pronomen Demonstratiuum; uel per aliud Adiectiuum, ut, Tkò govorri óndi? Pettar. oví. *Quis loquitur illic? Petrus. hic.* kakòv yèſt Ivei Mlohàv *Qualis est Ioannes? debilis.*

Tertia species est Nomen Relatiuum, quo aliud nomen antecedēs in memoriā reducimus, vt, Sctiosā sféto píſmo, koyé Dûh sféti ocìttova, *legi sacram scripturam, quam spiritus sanctus*

ctus manifestauit.

Quarta species est nomen Redditiuum, ut, Tolìk, *tantus:* Takòv, *talis, & his similia, quæ Relatiuis ante uel post redduntur.*

Quinta species est Nomen Partitiuum, quod aut vnum è multis, aut multa singillatim significat, ut, Nikí, *quidam:* sfakí, *quisque.*

Sexta species est nomen Numerale. 1. Cardinale, quod absolutè numerum significat, ut, Yedàn, *unus:* Dvá, *duo:* Trí, *tres. 2. Ordinale, quod numerum ordine digestum, aut vltimum ex numero significat, ut,* Parví, *primus:* Drùgi, *Secundus.* Tretí, *tertius. 3. Distributiuum, seu Diuisiuum, quod distributionem seu diuisionem, indicat, ut,* Dvóyçi, Tróyçi, Sedmìni, Desetìni, Stòtini.

DE ADIECTIVO POSITIVO, Caput II.

Nomen positiuum, quod rem absolutè, simpliciterque demonstrat talem, ac tantam, qualis, quantaque est, ut, vella gorà, *magnus mons.* Máli mrâv, *parua formica.* Çèrni orál, *nigra aquila.*

VNI-

Digitized by Google

VNICA DECLINATIO.
Nominis adiectiui Positiui.

Habent nomina Positiua numero Sing. ac Plur. septem casus, qui tres formas sibi asciscunt, quae Masculino, Foeminino, & Neutro generi respondent, exceptis Genitiuo, Datiuo, Ablatiuo, et Septimo casu Pluralis, qui unica forma omni generi respondente utuntur.

Exemplum.

Nominis Adiectiui Positiui.
Numero singulari.

Nom. sféti sféta sféto — *Sanctus, sancta, sanctum.*
Gen. sfétoga, sfétæ, sfétoga. — *Sancti, sanctæ, sancti.*
Dat. sfétomu, sfétoy, sfétomu — *Sancto, sanctæ, sancto.*
Acc. sfétoga, sfétu, sféto. — *Sanctum, sanctam, sanctum.*
Voc. ò sféti, sféta, sféto. — *ò Sancte, sancta, sanctum.*
Abl. *od* sfétoga, sfétæ, sfétoga; — *à Sancto, sancta, sancto.*

Sept.

Digitized by Google

Sept sà sfétim, sfétom, sfétim. *cũ sancto, sancta, sancto.*

Plurali.

Nom. sféti, sfétæ, sféta. *sancti: sanctæ, sancta.*
Gen. sfêtih, *sanctorum, sanctarum, sanctorum.*
Dat. sfétim. *sanctis.*
Acc. sféte, *uel* sféti, sfétæ, sféta. *sanctos sanctas sancta.*
Voc. ò sféti, sfétæ, sféta. *ò sancti, sanctæ, sancta.*
Abl. od sfétih. *à sanctis.*
Sept. sà sfétimi, *uel* sfétima. *cum sanctis.*
Octauus cum careat sua forma assumit propriã Ablatiui sic, ù sfétih. *in sanctis.*

Admonitio.

1 *Prima forma Recti, etiam si in exemplo proposito, uocali, i, terminetur; animaduertendum tamen est, quotiescunque construitur cum uerbo substantiuo (* Yesàm, *sum) plerumque terminari aliqua ex consonantibus, ut,* lûd yèst clouik, koyi Bòga *nè* gliúbi: *stultus est homo, qui Deum non amat. Quandò verò desinit in uocalem, i, tum verè est uox adie-*

Digitized by Google

adiectiui positiui, vt, Mládi kògn bárz yèst. *Adolescens equus uelox est.*

2 *Forma foeminina in Datiuo adiectiuorum num. sing. desinit in litteram, y.*

3 *Accusatiuus in uoce masculina similis est Genitiuo: In neutra uerò nominatiuo: In plurali autem accusatiuus in omnibus adiectiuis terminatur uocali, i, uel, e, in forma dumtaxat masculina.*

4 *Vocatiuus similis est* Nominatiuo, *& Ablatiuus* Genitiuo.

5 *Septimus casus numero singulari est parisyllabus:*

6 *Plurali uerò unus ipse est imparisyllabus, & duplicem habens terminationem in, mi, uel ma.*

DE ADIECTIVIS

Interrogatiuo, Relatiuo, Redditiuo, & Partitiuo.

Cap. III.

Quid significent hæc nomina Interrogatiuum Relatiuum, Redditiuum, & Partitiuum capite primo dictum est. Hic breuiter aliquot Exempla in suos distincta casus proponentur.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum Primum.

Interrogatiui ſubſtantiæ; Numero ſingulari.

Nom. Tkò, *uel.* Kò? Ká? Sctò, *uel* cá? *Quis uel qui quæ, quod, uel quid?*
Gen. Kóga? Kæ? Kóga? *cuius?*
Dat. Komù? Kóy? Komù? *cui?*
Acc. Kôga? Kú? Sctò, *uel* cá? *quem, quã, quod, uel quid?*
Abl. od Kóga? Kæ? Kóga? *à quo, qua, quo uel qui?*
Sept. s' Kím? Kóm? Kím? *cum quo, qua, quo?*

Plurali.

Nom. Kí? Kæ? Ká? *qui, quæ, quæ*
Gen. Kíh? *quorum, quarum, quorum?*
Dat. Kím? *quibus?*
Acc. Kí? *uel* Ké? Kæ? Ká? *quos, quas, quæ?*
Abl. od Kíh? *à quibus?*
Sept. s' Kími? *cum quibus?*
Oct. u Kíh? *in quibus?*

Exem-

Exemplum Secundum.

Interrogatiui qualitatis.
Numero singulari.

Nom. Kakòv? Kakòva? Kakòvo? *Qualis, & quale?*
Gen. Kakovóga? Kakovaé? Kakovóga? *Qualis?*
Dat. Kakovómu? Kakovóy? Kakovómu? *Quali?*
Acc. Kakovóga? Kakovú? Kakòvo? *Qualem, & quale?*
Abl. od Kakovôga? Kakovaé? Kakovôga? *à quali?*
Sept. s'Kakovím? Kakovöm? Kakovím? *cum quali?*

Plurali.

Nom. Kakòvi? Kakòvae? Kakòva? *quales, & qualia?*
Gen. Kakovíh? *qualium?*
Dat. Kakovím? *qualibus?*
Acc. Kakòvi? kakòvae? Kakòva? *quales, & qualia?*
Abl. od Kakovíh? *à qualibus?*
Sept. s'Kakovími? *cum qualibus?*
Oct. ù Kakovíh? *in qualibus?*

Digitized by Google

Admonitio.

1 *Eodem modo declinatur Redditiuum*, Takòv, *talis*: *&* *Interrogatiuum Quantitatis* Kolìk, *quantus*, *cum suo Redditiuo* To lìk, *tantus*.

2 *Littera*, k, *ante ultimam uocalem*, *in formis masculinis nominum*, Kolik, *&*, Tolìk, *quocunque casu numeri pluralis mutari potest in*, ç.

3 *Est aliud nomen Interrogatiuum parentum*, *patriæ*, *gentis*, *uel nationis*, Cigòv? Cigòva, Cigòvo? Cuias?

4 *Ex his interrogatiuis*, Tkò, Kakòv, Kolìk, *addita*, god, *uel*, godir, *fiunt composita* Tkogodír, *quispiam*, Kakovgòd, *qualiscunque*, *&c.*

Exemplum primum.

Nominis seu prouocabuli Relatiui. Numero singulari.

Nom.	Koyí, Koyá, Koyé.	*qui*, *quæ*, *quod.*
Gen.	Kóga, Koyæ, Kóga.	*cuius.*
Dat.	Komú, Kóy, Kómu	*cui.*
Acc.	Kóga, Koyú, Koyé.	*quem*, *quam*, *quod.*

Abl.

Digitized by Google

Abl. od Kóga. Koyæ, Kóga; *à quo, qua, quo, uel (qui*
*Sept. s'*Koyím, Kóm, Koyím. *cum quo, qua, quo (uel qui cum*

Plurali.

Nom. Koyí, *uel* Kí, Koyæ, Koyá, *qui, quæ, quæ.*
Gen. Koyíh, *quorum, qua(rum, quorum.*
Dat. Koyím. *quibus.*
Acc. Koyí, Koyæ, Koyá *quos, quas, quæ.*
Abl. od Koyíh. *à* }
*Sept. s'*Koyími. *cum* } *quibus.*
Oct. u Koyíh. *in* }

Admonitio.

1 *Relatiuum hoc uariè à nonnullis scribitur, ac pronunciatur: quidam enim ferè ex omnibus formis abÿciunt, y. Quidam syllabam, oy, ex masculinis & fæmininis, & neutris excepta forma neutri in Recto, & Accusatiuo singulari, ex qua abÿcitur syllaba ye, tantum.*

2 *Nonnulli in Genitiuo, Accusatiuo, & Ablatiuo dicunt* Koyéga, *pro* Kóga. *in Datiuo uerò* Koyému, *pro* Komú. *&c.*

3 *Ex hoc Relatiuo addita,* god, *aut,* godir, *fit*

Koyigòd, *aliquis, quod eſt nomen Partitiuum &c.*

Exemplum.

Nominis Partitiui vnum è multis ſignificantis.
Numero ſingulari.

*Nom.*Nikí,niká,nikó, *quidam, quædam, quoddam.*
*Gen.*nikóga,nikæ,nikóga *cuiuſdam.*
*Dat.*nikomu,nikóy,nikomu. *cuidam.*
*Acc.*nìkóga,nikú,nìkó. *quemdam, (quamdam, quoddam.*
Abl.od nikóga.nikæ,nikóga. *à quodam, (quadam, quodam.*
*Sept.s'*nikím.nikóm,nikím. *cum quodã &c.*

Plurali.

*Nom.*Nikí,Nikæ,Niká. *quidã, quæ-(dam, quædam*
*Gen.*nikíh. *quorumdã.*
*Dat.*nikím. *quibuſdam.*
*Acc.*nikí,nikæ,niká. *quoſdã &c.*
Abl.od nikíh. *à*
*Sept. s'*nikími. *cum* } *quibuſdam.*
Oct.u nikíh, *in*

Ad-

Digitized by Google

Admonitio.

In omnibus formis masculinis aut communibus Numeri Plural. pro littera, κ, *potest poni*, ç. *ut*, niκi, *uel* niçi, niκih. *uel* niçih.

Exemplum.

Nominis Partitiui singillatim multa significantis.

Numero singulari.

Nom. Vàs, sfà, sfè. *totus, tota, totum*,
Gen. sfegá, sfæ, sfegá. *totius*,
Dat. sfemú, sfoy, sfemú. *toti.*
Acc. sfegá, sfú, sfé. *ootum, totã, totum.*
Voc. *ò* vàs, sfà, sfè,
Abl. *od* sfegá, sfæ, sfegá. *à toto, tota, toto.*
Sept. *sà* sfim, sfom, sfim. *cum totò, tota, toto.*

Plurali.

Nom. sfì, sfæ, sfà. *toti, totæ, tota; uel omnes, & omnia.*
Gen. sfih, *totorum, totarum, totorum: uel omnium.*
Dat. sfim. *totis uel omnibus.*
Acc. sfì, sfæ, sfà, *totos totas tota: uel oẽs, & omnia*

Digitized by Google

Abl. od sfih. *à*
Soot. sà sfimi. *cum* } *totis : uel omnibus.*
Oct. ù sfih. *in*

Admonitio.

1 *Nonnulli abÿciunt, f, ex omnibus formis huius Nominis, & præponunt litteram, v, litteræ s: ut,* Vàs, Vsà, Vsè, *& ita deinceps.*

2 *Partitiuum,* sfaki, sfaká, sfakó: *quisque quæque, quodque, & alia huiusmodi declinantur, ut primum exemplum.*

DE ADIECTIVO DERIVATO. Cap. IIII.

Posita sunt quinque species Nominum deriuatorum præcipuæ cupite primo, ne innumera penè nominum primitiuorum, ex quibus fiũt multitudo in hunc locum conÿceretur: itaque hîc uaria proponentur exempla, ad quæ reuocentur cætera.

Exemplum Primum.
Nominis Deriuati Possessiui desinentis, in ovi.
Numero singulari.
Nom. Petròvi, Petròva, Petròvo.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum Secundum.

Nominis Deriuati Possesiui desinentis in, ni, Numero singulari.

Nom. Stosciyini, Stosciyina, Stosciyino,

Exemplum Tertium.

Nominis Deriuati Patrij Gentilis Possessiui, uel cuiuscunque alterius desinentis in, cchi, *uel*, cki, *uel*, sKi,

Domácchi, domâchia, domâchie: *domesticus.*
Clovickî, clovickâ clovickó. *humanus. &c.*
Rimskí, Rimská, Rimskó, *Romanus. &c.*

Exemplum Quartum.

Deriuati Possessiui desinentis in, yi.
Boxyí, Boxyá, Boxyé. diuinus, &c. di Dio.

Admonitio.

1 *Omnia deriuata siue à Proprijs, siue ab Ap-*

pellatiuis cuiuscunque declinationis ad aliquod ex his exemplis reuocari poterunt, ac more Positiuorum adiectiuorum declinari.

2 *Forma* Recti *masculina à proprijs deriuata potest esse sine ultima uocali,* i,

3 *Nomina Propria Masculina primæ Declinationis, quæ habent Genitiui Pluralis primam formam terminatam syllaba,* ov, *aut,* ev, *formant Deriuatum Possessiuum ferè semper in,* ovi, *ut,* Petróv, Petròvi: *aut in,* evi, *ut* Yuryéu, Yuryevi.

4 *Rursus ex his ipsis possessiuis possunt nonnunquam addita syllaba,* ski, *deriuari nomina idem significantia, ut,* Petròvi, Petrovskí *abiecta,* i; *Quæ tamen apud nos sunt minus usitata; à Polonis tamen usurpantur.*

5 *Formæ Masculinæ, ac neutræ Possessiuorum, quæ à nominibus Proprijs deriuantur, desinentes quocunque casu in,* óga, *uel,* ómu, *possunt per syncopē abijcere,* og, *uel,* om, *ut,* Petrovóga, Petròva: Petrovómu, Petróvu. &c.

DE ADIECTIVO NVMERALI. Cap, V.

Quoniam usu veniũt sæpissimè Nomina Numeralia significantia tum absolutè Numerum; tum ordine digestum, aut ex eo numero ultimum; tum denique distributionem ac diui-

Digitized by Google

diuisionem; proponam hoc capite primum aliquot declinabilia exempla. Deindè nomina indeclinabilium numerorum non pauca adscribam.

Exemplum Primum.

Nominis Numeralis Cardinalis.
Numero singulari.

Nom. Yedàn: Yednà, Yednò, *unus, una, unū.*
Gen. Yednóga, Yednæ Yednóga. *unius.*
Dat. Yednómu, Yednóy, Yednómu. *uni. &c.*

Admonitio.

1 *In reliquis casibus utriusque numeri more Positiuorum adiectiuorum declinatur.*
2 *Ex hoc deriuantur,* Yedíni, Yedína, Yedíno, *unicus, unica, unicū.* Yednák, Yednáka, Yednáko, *æqualis, & æquale.*

Exemplum secundum.

Nominis Numeralis Dualis.

Nom. Dvá, dví, dvá, *Duo duæ duo,*
Gen. Dvíh, *uel* dviyú. *Duorum, duarum*

Digitized by Google

rum duorum.

Dat. Dvím. *Duobus, duabus, duobus.*

Acc. Dvá, Dví, Dvá. *Duos duas, duo.*

Voc. ò Dvá, dví, dvá, *duo, duæ. duo.*

Abl. od Dvíh, *uel,* dviyú. *à*
Sept. s' Dvími; *uel* dvìyú. *cũ* *duobus, duabus, duobus.*
Oct. ù Dvíh, *uel* dviyú *in*

Admonitio.

1 *Quotiescunque uox masculina cum hoc duali construenda esset in casu Recto, uel Accusatiuo, construitur cum forma* Genitiui *Pluralis desinente in, a, abiecta altera uocali, a, si adsit, uel accentu protractiuo. Quod quidam non animaduertentes putauerunt nos etiam numero duali uti: Mihi uerò istud non probatur, cum in una forma Masculina hæc mutatio contingat. Perindè ac si diceremus* dvá clovìcka, *duo hominum* dvá, Vlastelìna, *duo nobilium*; dvá gospodìna, *duo dominorum.*

2 *Deriuantur ex hoc duali præter cætera* Dvòyi, dvòya, dvòye, *duplex: & substantiua,* Dvoyìça, dvoyìçæ; *binarius.* Dvoçi; *gemelli.*

Exem-

Exemplum tertium.

Nominis Nnmeralis.

Nom. Obba, obbæ, obba.	*Ambo, ambæ, ambo.*
Gen. Obbíh. *uel* obbiyú.	*amborum, ambarum amborum.*
Dat. Obbím.	*ambobus ambabus. ambobus.*
Acc. Obba, obbæ, obba.	*ambos ambas ambo.*
Voc. ò Obba, obbæ, obba.	*ò ambo, ambæ, ambo.*
Abl. od Obbíh. *uel* obbiyú. *à*	*ambobus, ambabus, ambobus.*
Sept. s'obbími, *uel*, obbiyú. *cũ*	
Oct. ù Obbíh, *uel* obbiyú. *in*	

Exemplum quartum.

Nominis Numeralis.

Nom. Tri.
Gen. Tríh, *uel* triyú.
Dat. trím.
Acc. tri.
Voc. ò tri.

Abl.

Digitized by Google

Abl.od tríh, *uel* triyú.
Sept.ù tríh, *uel* triyú.

Exemplum quintum.

Nom. Ċetìrì, cetìræ, cetìri. *quatuor.*
Gen. Cetiríh.
Dat. cetirím.
Acc. cetíri, cetíræ, cetíri.
Voc.ò cetíri, cetíræ, cetíri.
Abl.od cetiríh.
Sept.s ceterími.
Oct.ù cetiríh.
Ex hoc deriuantur, Cetvárti, cetvárta, cetvárto; *quartus quarta quartum.* cétveri cétveræ, cétvera. *quaterni, quaternæ, quaterna.*

Exemplum sextum.

Nominis Numeralis ordinalis.
Numero singulari.

Nom. Parví, parvá, paruó. *primus, prima, primum:*
Gen. paruvóga, parvæ, parvóga. *primi, primæ primi.*

Dat.

Dat. parvómu,parvóy,parvómu. *primo, primæ,primo. In reliquis casibus utriusque numeri more positiuorum adiectiuorum declinatur.*

Admonitio.

1 *Nomina ordinalia,*Drugí,*secundus:*trēti,*tertius:* cetvartí, *quartus:* péti, *quintus:* scestí,*sextus:*sedmí,*septimus:*ossmí,*octauus:* devéti,*nonus:* deséti, *decimus:* yedanàdestí, *undecimus:* dvanàdestí, *duodecimus:* trinàdestí, *decimustertius, &c. declinantur, ut positiua adiectiua.*

2 *Nomina distributiua numero plurali dūtaxat declinantur,ut,*sedmìni,*septeni:*osmìni, *octoni.*

3 *Indeclinabilia uerò sunt ea, quæ sequuntur.*Pét, *quinque:* scést,*sex:* sédam,*septem:* ôssam,*octo:* dèvet,*nouem:* dèset, *decem:* yedanàdeste, *vndecim:* dvanàdeste,*duodecim:* trinàdeste,*tredecim:* cetarnàdeste,*quatuordecim:* petnà deste, *quindecim:* scesnàdeste, *sexdecim:* sedamnàdeste, *septemdecim:* ossamnàdeste,*octodecim:* devetnàdeste,*nouēdecim:* dvadesét,*uiginti:* dvadesét i yedàn, *uiginti & unus:* dvadesét i dvà, *uiginti & duo: & ita deinceps,usque ad* tridesét,*triginta:* cetardesét,*quadraginta:* petdesét, *quinquaginta:* scesdesét,*sexaginta:* sedamdesét,

sét, *septuaginta*: ossamdesét, *octoginta*: devetdesét, *nonaginta*: stó, *centum*: dvìsti, *uel*, dvìsto, *ducenti*: trìsta, uel, trìsto, *tercentum*: cetirìsta, uel, cetirìsto, *quadringenti*: persát, uel, pétsto, *quingenti*, &c. *usque ad* tíssuchia, *mille*: sto tisúcch, *centum millia*: tísuchia tissúcch, *millia millium*.

4 *Ex his fiunt ordinalia addita uocali, i, ijs, quæ non desinunt in, e, in quibus mutabitur, e, in, i, usque ad numerum centesimum. Numero autem centesimo additur, tini, ut*, stòtini, stòtina, stòtino. *At ex* dvìsti, *& seq. ordinalia non fiunt.*

DE NOMINE
Comparatiuo, & Superlatiuo.
Cap. VI.

1 *Propositis nominibus adiectiuis cuiuscunque speciei, manifestum est, ex quibus nam comparatiua, & superlatiua formentur; uerum quid sit comparatiuum videamus.*

2 *Comparatiuum est nomen adiectiuum, quod significatione ita positiuum excedit suum, ut rem significatam, uel augeat, uel minuat, ut*, blàxenni, *beatus*: blaxenníyi, *beatior*. máli, *paruus*: magni, *minor*: velli, *magnus*: vekʃci, *maior*. dobrí, *bonus*: boglí *melior*, &c.

Ex

Ex nominibus itaque adiectiuis, quæ admittunt augmentum, uel decrementum, siue sint positiua, siue deriuata; modò non sint à proprijs uirorum, aut mulierum, formari poterunt comparatiua. Formantur autem hoc modò, ut ferè nihil mutando de positiuo & deriuato, uel certè parum, comparatiuum per additionem syllabæ, yi, fiat.

Ex patrijs, gentilibus, interrogatiuis, redditiuis, partitiuis, ac numeralibus fermè comparatiua formari non possunt.

3 *Superlatiuum uerò est nomen adiectiuũ in summo, uel in infimo rem significatam constituens; & quamquam nos superlatiua non habeamus; ex uaria tamen coniunctione particularum, nay, & pre, uel pri, cum positiuis, aut comparatiuis uim superlatiui exprimimus.*

4 *Animaduertendum autem est particulam, pre, uel pri, copulari cum positiuo sine ulla comparatione rei, ad rem, ut,* prilípi, *pulcherrimus:* pridrági, *carissimus. Particula uerò, nay, non sine comparatione cum comparatiuo coniungitur, ut,* náy, lipscí, *pulcherrimus omnium.*

Exem-

Digitized by Google

Exemplum Primum.

Nominis Comparatiui. Numero singulari.

Nom.	blaxenníyi,blaxenníya,blaxeníye,	*beatior, & beatius.*
Gen.	blaxenníyega,blaxenníyæ,blaxen-níyega;	*beatioris.*
Dat.	níyemu, níyoy, níyemu.	*beatiori.*
Acc.	níyega,níyu,níye,	*beatiorem, & beatius.*
Voc.	ò níyi, níya, níye.	*ò beatior, & beatius.*
Abl.	od, *ut in Gen.*	*à beatiore, uel beatiori.*
Sept.	s'níyim,níyom, níyim,	*cum beatiore, uel beatiori.*

Plurali.

Nom.	níyi,níyæ,níya,	*beatiores, & beatiora.*
Gen.	níyih	*beatiorum.*
Dat.	níyim	*beatioribus.*
Acc.	níyi,níyæ,níya,	*beatiores, & beatiora.*
Voc.	ò níyi,níyæ,níya,	*ò beatiores, & beatiora.*

Abl.

Digitized by Google

Abl.	od,níyih,	*à*	
Sept.	s',níyimi	*cum*	*beatioribus.*
Oct.	ù,níyih,	*in*	

Admonitio.

Etiamsi hoc modo formari possint comparatiua ex nominibus desinentibus in has syllabas bi, di, ccbi, bi, li, mi, pi, ri, ti, vi, & sæpissimè in syllabam, ni, addita syllaba, yi; finita tamen in, gi, mutant, gi, in, xiyi: ut Vbogi, u boxíyi : snàgi, snaxíyi, & snaxníyi. *quædã uerò abyciunt, i: ut,* blídi, blidyí. *quædam mutant, ki, in, yi: ut,* sladki, sladyí. *quædam mutant, ki, in, ciyi; ut,* gorki, gorcíyi. *& alia huiusmodi.*

Exceptio.

Non uidentur posse formari comparatiua ex his desinentibus in, ccbi, mogúcchi, *potens:* sfemogúcchi, *omnipotens. neque ex his,* sfemògi, *omnipotens.* mnôgi, *multus:* ostàli, *reliquus:* ráyski, *cæleſtis:* bóxyi, *diuinus. Neque ex his,* Propéti, *crucifixus:* zalíti, *irrigatus;* zacéti, *conceptus, & alijs huiusmodi participijs passiuis. Sæpè tamen utimur cum positiuis hisce formis comparatiuorum,* vèchie, *magis, &,* màgne, *minus.*

Digitized by Google

Exceptio II.

Inter Anomala numerari possunt.

1 Drági, *carus*: draxí, draxa, draxé, *carior, & carius.*

2 Yâki, *fortis*: yaccí, yaccá, yaccé, *fortior, & fortius.*

3 Visokí, *altus*: viscí, viscá, viscé, *altior, & altius.*

4 Máli, *paruus*: magní, magná, magné, *minor & minus.*

5 Velli, *magnus*: vekscí, vekscá, vekscé, *maior, & maius.*

6 Zalli, *malus*: gorrí, gorrá, gorré, *peior, & peius.*

7 Lípi, *pulcher*: lipscí, lipscá, lipscé, *pulchrior, pulchrius, uel,* lipglí, gliá, glié, aut lipyí, yá, yé.

8 Dobrí, *bonus*: boglí, bogliá, boglié, *melior, & melius.*

9 Nizokí, *infernus*: nixí, nixá, nixé, *inferior, & inferius, & si qua sunt alia.*

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBRI PRIMI

PARS QVARTA.

DE PRONOMINE in vniuersum.

CAPVT I.



1 *RONOMEN est pars orationis declinabilis per casus, quod loco nominis positum certam, finitamq. personam significat.*

2 *Attributa pronominis sunt species, genus, numerus, figura, persona, & casus.*

3 *Species pronominis est primitiua, & deriuatiua, uel potius deriuata. Primitiua diuiditur in pronomen demonstratiuum, & reciprocum: Deriuatiua uerò, in possessiuũ, gentile, & patrium, atque etiam reciprocum. Ex his uerò partim sunt, quæ separata in*

in oratione ponuntur : partim quæ cum alijs orationis partibus coniunguntur.

4 *Genera autem sunt masculinum, fœmininum, & neutrum: quædam enim pronomina, etiamsi unius sint formæ; sunt tamen generis communis trium. quædam uerò more adiectiuorum nominum tres habent formas, exceptis quibusdam casibus pluralis, in quibus una omni generi respondent.*

5 *Numerus pronominum est singularis, & pluralis.*

6 *Figura tantum simplex est.*

7 *Persona uerò quibusdam est prima dumtaxat, aut secunda, aut tertia: Quibusdam omnes tres.*

8 *Casus denique fermè sunt totidem quot adiectiuis: deest autem quibusdam Nominatiuus, & Vocatiuus: quibusdam uerò Vocatiuus utriusque numeri; ut in exemplis.*

DE PRONOMINE.
Demonstratiuo, & Reciproco.
Cap. II.

PRonomen demonstratiuum est, quod certã rem demonstrat, cuiusmodi sunt omnia pronomina primæ, secundæ, & tertiæ personæ, siue sint unius formæ, siue plurium.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum Primum.

Pronominis Demonſtratiui
primæ perſonæ.
Numero ſingulari.

Nom:	Yá,	*ego.*
Gen.	mené,	*mei.*
Dat.	mèni,	*mihi.*
Acc.	mené,	*me.*
Abl.	od mené,	*à me.*
Sept.	sàmnóm, *uel* s'manóm,	*mecum.*

Plurali.

Nom.	mij,	*nos.*
Gen.	nàs,	*noſtrum, uel noſtri.*
Dat.	nàm,	*nobis.*
Acc.	nàs,	*nos.*
Abl.	od nàs,	*à nobis.*
Sept.	s' nàmi, *uel* s'nayu,	*nobiſcum.*
Oct.	ù nàs,	*in nobis.*

Exemplum ſecundum.
Pronominis Demonſtratiui,
ſecundæ perſonæ.
Numero ſingulari.

Nom.	Tí,	*tu.*
Gen.	tebbé	*tui.*

Digitized by Google

Dat.	tebbi	*tibi.*
Acc.	tebbe	*te.*
Voc.	ò tí	*ò tu.*
Abl.	od tebbe	*à te.*
Sept.	s' tobbóm	*tecum.*

Plurali.

Nom.	vij	*uos.*
Gen.	vàs	*ueſtrum, uel ueſtri.*
Dat.	vàm	*uobis.*
Acc.	vij	*uos*
Voc.	ò vij	*ò uos*
Abl.	od vàs	*à uobis.*
Sept.	s'vàmi	*uobiſcum*
Oct.	ù vàs	*in uobis*

Exemplum tertium.

Demonſtratiui, defectiui, & reciproci. Tertiæ perſonæ.

Numero ſingulari.

Gen.	Sebé	*ſui*
Dat.	ſebi	*ſibi*
Acc.	ſebé	*ſe.*
Abl.	od ſebé	*à ſe.*
Sept.	sà ſobóm	*ſecum.*

Plu-

Digitized by Google

Plurali.

Gen.	Sebbé	*ſui.*
Dat.	ſebbi	*ſibi.*
Acc.	ſebbé	*ſe.*
Abl.	od ſebbé	*à ſe.*
Sept.	sà ſobbóm	*ſecum.*
Oct.	ù ſebbi	*in ſe.*

Exemplum quartum.
Pronominis demonſtratiui.
Numero ſingulari.

Nom.	ovi, ová, ovó.	*hic hæc, hoc.*
Gen.	ovòga, ovæ, ovògà.	*huius.*
Dat.	ovomú, ovóy, ovomú.	*huic.*
Acc.	ovòga, ovú, ovó.	*hunc, hanc, hoc.*
Abl.	od ovòga, ovæ, ovòga.	*ab hoc, hac, hoc.*
Sept.	s'ovím, ovóm, ovím.	*cum hoc, hac, hoc.*

Plurali.

Nom.	ovì, ovæ, ovà.	*hi, hæ, hæc.*
Gen.	ovíh	*horum, harum, horum.*
Dat.	ovím	*his.*
Acc.	ovì, ovæ, ovà.	*hos, has, hæc.*
Abl.	od ovíh	*ab* } *his.*
Sept.	s'ovím	*cum* } *his.*
Oct.	ù ovíh	*in* } *his.*

Digitized by Google

Exemplum quintum.
Demonſtratiui etiam tertiæ perſonæ.
Numero ſingulari.

Nom.	Táy,ta,to.*iſte,iſta,iſtud.*
Gen.	tòga, tæ, tòga *iſtius.*
Dat.	tòmu,tóy,tòmu.*iſti.*
Acc.	tòga,tu,to.*iſtum,iſtam,iſtud.*
Abl.	od tòga, tæ, tòga. *ab iſto, iſta,iſto.*
Sept.	s'tím,tóm,tím.*cum iſto,iſta,iſto.*

Plurali.

Nom.	ti,tæ,ta. *iſti,iſtæ,iſta.*
Gen.	tijh. *iſtorum,iſtarum, iſtorum.*
Dat.	tijm. *iſtis.*
Acc.	ti,tæ,ta. *iſtos,iſtas,iſta.*
Abl.	od tijh. *ab* } *iſtis.*
Sept.	s'tími. *cum* } *iſtis.*
Oct.	ù tijh *in* } *iſtis.*

Exemplum ſextum.
Demonſtratiui etiam tertiæ perſonæ.
Numero ſingulari.

Nom.	oní,oná,onó,*illæ,illa,illud.*
Gen.	onòga,onæ, onòga,*illius.*
Dat.	onòmu,onóy,onòmu,*illi.*

Acc.

Acc. onoga, onú, onó. *illum, illam, illud.*
Abl. od onòga, onæ, onòga. *ab illo, illa, (illo.*
Sept. s'oním, onóm, oním, *cum illo, illa, (illo.*

Plurali.

Nom. onì, onæ, onà, *illi, illæ, illa.*
Gen. oníh, *illorum, illarum, illorum.*
Dat. oním, *illis.*
Acc. onì, onæ, onà. *illos, illas, illa.*
Abl. od oníh *ab*
Sept. s'onìmi *cum* *illis.*
Oct. ù oníh *in*

Exemplum ſeptimum.
Demonſtratiui etiam tertiæ perſonæ.
Numero ſingulari.

Nom. onní, onná, onnó, *is, ea, id.*
Gen. gnegá, gnæ, gnegá, *eius.*
Dat. gnemú, gnóy, gnemú, *ei.*
Acc. gnegá, gnú, onnó, *eum, eam, id.*
Abl. od gnegá, gnæ, gnegá, *ab eo, ea, eo.*
Sept. s'gním, gnóm, gním, *cum eo, ea, eo.*

Plurali.

Nom. onnì, onnæ, onnà. *ij, eæ, ea.*
Gen. gníh, *eorum, earum, eorum.*
Dat. gním, *ijs, uel eis.*

Acc.

Acc.	onnì, onnæ, onnà, *eos, eas, ea.*	
Abl.	od gnìh *ab*	*ijs, uel eis.*
Sept.	s'gnìmi *cum*	
Oct.	ù gnìh *in*	

Exemplum Octauum.
Demonstratiui etiam tertiæ personæ.
Numero Singulari.

Nom.	Istì, istá, istó. *idem, eadem, idem.*	
Gen.	istóga, istæ, istóga. *eiusdem.*	
Dat.	istómu, istóy, istómu. *eidem.*	
Acc.	istoga, istú, istó. *eumdem, eamdem, idem.*	
Abl.	od istóga, istaé, istóga. *ab eodem, eadem, eodem.*	
Sept.	s'istím, istóm, istím. *cum eodem, eadem, eodem.*	

Plurali.

Nom.	ísti, ístæ, ísta. *ijdem, eædem, eadem.*	
Gen.	istíh, *eorundem, earundem, eorundem.*	
Dat.	istím, *ijsdem, uel eisdem.*	
Acc.	ísti, ístæ, ísta *eosdem, easdem, eadem.*	
Abl.	od istíh *ab*	*ijsdem, uel eisdem.*
Sept.	s'istími *cum*	
Oct.	ù istíh, *in*	

Ad-

Digitized by Google

Admonitio.

1 *Pronominum primæ, & secundæ personæ, ex dandi, & accusandi casu numeri singularis aliqua syllaba solet abijci: quare fiunt pronomina coniuncta ex separatis, ut,* ofiàvime, *relinque me; ponitur (me) pro Accusatiuo (mené)* xúdimti, *cupio tibi (ti) pro (tebbi)*

2 *Idem accidit numero singulari in obliquis septimi exempli, ut,* rekòhmu, *dixi ei. (mu) pro (gnemú)* ubìscega, *occiderunt eum, (ga) pro (gnegá.) In plurali autem sæpè, gn, mutatur in litteram, y, ut,* reçìyim, *dic eis. (yim) pro (gnim.)* darxiyih, *tene eos (yih) pro (gnih.) Interdum abijcitur etiam, y, ex forma, yih, quæ siue sit* Genitiui, *siue Ablatiui casus coniuncta cum uerbis plerunque ponitur pro quacumque Accusatiui forma.*

3 *Eodem modò formæ fœmininæ in singularis obliquis pro, gn, assumunt, y; ut,* rúkayoy usahnù, *manus ei aruit (yoy) pro (gnoy)* zíuniyu, *uoca eam (yu) pro (gnu.)*

Admonitio II.

1 *Nonnulli formam masculinam quarti & sexti exempli in recto singularis scribunt si-*

ne

ne uocali, i; sic, ov, hic; &, òn, ille.

2 *Aliqui verò formæ mascnlinæ quinti exẽpli addunt, y, ut à forma fœminina distinguatur,, quod non displicet.*

3 *Formæ Nominatiuorum ex sexto exemplo addita altera, n, tribuuntur septimo exemplo: quandoquidem hoc proprias formas non habet in recto.*

DE PRONOMINE Possessiuo.

Caput III.

P*Ronomen Possessiuum est, quod Primæ, Secundæ, aut Tertiæ Personæ possessionem significat.*

Exemplum primum.

Pronominis possessiui pertinentis ad primam Personam.

Numero singulari.

Nom. Móy, moyà, moyè.	*Meus, mea, meum.*
Gen. móga, moyæ, móga.	*mei, meæ, mei.*
Dat. mómu, moyóy, mómu.	*meo, meæ, meo.*
Acc. móga, moyú, moyè·	*meum, meam, meũ.*
Voc. ò móy, moyà, moyè,	*ò mi, mea, meum.*

Abl.

Digitized by Google

Abl.od móga,moyæ,móga. *à meo, mea, meo.*
Sept.s' moyím,moyóm,moyím.*cum,meo,mea,*
(meo

Plurali.

*Nom.*moyì,moyæ, moyà.*mei,meæ, mea.*
*Gen.*moyíh, *meorum, mearum,*
(meorum
*Dat.*moyím, *meis.*
*Acc.*moyì, moyæ, moyà. *meos,meas, mea.*
Voc. ò moyì, moyæ, moyà,*ò mei,meæ, mea.*
Abl.od moyíh. *à*
*Sept.s'*moyími. *cum* } *meis.*
Oct.ù moyíh. *in*

Exemplum secundum.

Possessiui pertinentis ad secundam Personam.

Numero singulari.

*Nom.*Tvóy,tvoyà,tvoyè, *Tuus,tua tuum.*
Gen. tvóga,tvoyæ,tvóga, *tui, tuæ, tui.*
*Dat.*tvómu,tvoyóy, tvómu.*tuo,tuæ, tuo.*
In reliquis casibus non est dissimile præcedēti.

Exem-

Exemplum tertium.
Possessiui Deriuati Reciproci
Numero singulari.

Nom Sfoy, sfoyà, sfoyè. *Suus, sua, suum.*
Cuius declinatio in reliquis similis est praecedentibus.

Exemplum quartum.

Pronominis possessiui pertinentis ad plures
Primas Personas.
Numero singulari.

Nom. Nàsc, nàsca, nàsce. *Noster, nostra, nostrum.*
Gen. nàscega, nàscæ, nàscega. *nostri, nostræ, nostri.*
Dat. nàscemu, nàscoy, nàscemu. *nostro, nostræ, nostro*
Acc. nàscega, nàscu, nàsce. *nostrum, nostram, nostrum*
Voc. *ò* nàsc, nàsca, nàsce. *ò noster, nostra, nostrum.*
Abl. od nàscega, nàscæ, nàscega. *à nostro, nostra, nostro.*

Sept.

Sept.s' nàſcim, nàſcom, nàſcim, *cum noſtro, noſtra, noſtro.*

Plurali.

Nom. nàſci, nàſcæ, nàſca. *noſtri, noſtræ, noſtra,*

Gen. nàſcih. *noſtrorum noſtrarum, noſtrorum.*

Dat. nàſcim. *noſtris.*

Acc. nàſci, nàſcæ, nàſca. *noſtros, noſtras, noſtra.*

Voc. ò nàſci, nàſcæ, nàſca. *ò noſtri, noſtræ, noſtra.*

Abl od nàſcih. *à noſtris*

Sept. s' naſcimi. *cum noſtris*

Oct. u nàſcih, *in noſtris*

Admonitio.

1 *Eodem modo declinatur poſſeſſiuum pertinens ad plures ſecundas perſonas:* vàſc, vàſca, vaſce. *ueſter, ueſtra ueſtrum; uocatiuo tamen caret.*

2 *Addunt nonnulli formis maſculinis obliquorum ſingularis excepta forma accuſatiui neutra, ſyllabam,* ye, *inter uocalem,* o, *&* g, *ut,* moyéga, *pro,* móga, moyému, *pro,* mómu, tvoyéga, *pro,* tvóga; tvoyému, *pro* tvómu, sfoyéga, *pro,* sfoga, sfoyému, *pro,* sfomu.

Vo-

Vocatiuo carent, tvóy, *&* sfóy. *Poßessiuum autem* sfóy, *est etiam reciprocum.*

DE PRONOMINE GENTILI seu Patrio.

Cap. IIII.

PRonomina Gentilia seu Patria sunt, quæ nō solū gentem, & patriam; sed etiam partes sectasque significant, quibus apud nos etiam respondent substantiua nonnulla masculini ac fæminini generis.

Exemplum.

Pronominis Gentilis seu Patrij.
Numero singulari.

Nom. Nascinskí, nascinskâ, nascinskó. *Nostras.*

Gen. nascinskóga, nascinskæ, nascinskóga. *nostratis.*

Dat. nascinskómu, nascinskóy, nascinskómu. *nostrati.*

Acc. nascinskóga, nascinskú, nascinskó. *nostratem, & nostras.*

Voc. ò, nascinskí, ská, skó. ò *nostras.*

Abl. od, skóga, skæ, skóga. à *nostrate.*

Sept.

Digitized by Google

Sept. s'skím.skóm,skím. cum *nostrate.*

Plural.

Nom. naſcinskí, skæ, ská. *noſtrates, & noſtratia.*
Gen. naſcinskíh. *noſtratium.*
Dat. naſcinskím. *noſtratibus.*
Acc. naſcinskí, skæ, ská. *noſtrates, & noſtratia.*
Voc. ò, skí, skæ, ská. ò *noſtrates, & noſtratia.*
Abl. od naſcinskíh. à
Sept. s'naſcinskími. cum } *noſtratibus.*
Oct. ù naſcinskíh. in

Admonitio.

1 *Eodem modo declinatur,* Vaſcinskí, ská, skó. Veſtras: Vocatiuo tamen caret.

2 *Subſtantiua nomina idem ſignificantia ſunt,* Nàſcinaç, *hic noſtras.* Nàſcinka, *hæc noſtras.* vàſcinaç, *hic ueſtras.* vàſcinka, hæc *ueſtras.*

FINIS LIBRI PRIMI

LAVS DEO.

Digitized by Google

INSTITVTIONVM LINGVÆ ILLYRICÆ LIBER SECVNDVS.

DE VERBO CAETERISQVE orationis partibus.

PARS PRIMA.

DE VERBO.

1  *ERBVM est pars orationis modos, & tempora sine casu habens.*
2 *Attributa Verbi sunt, Genus, Modus, Tempus, Species, Figura, Persona, Numerus, & Coniugatio.*

DE GENERIBVS VERBORVM Cap. I.

1 *Genera uerborum prima sui diuisione*

sunt

Digitized by Google

sunt Personale, & Impersonale; illud plures una personas habet: Hoc uerò dumtaxat unam.

2 *Personale autem apud latinos subdiuitur in Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, & Deponẽs. Impersonale uerò in uerba Actiuæ & Passiuæ uocis.*

3 *Apud nos uerò, ut mihi quidem uidetur diuidi potest Personale, & Impersonale in uerbum Transitiuum, quod ui sua transit in aliud, & in uerbum Intransitiuum, quod sua significatione non transit in aliud. Diuidi enim aliter uix potest, cum neque forma habeatur, neque sonus, ex quibus uerborum inter se se diuersitas intelligatur, si ea sine ulla alia particula sumantur.*

4 *Transitiua sunt uaria. Quædã enim trãseunt in personam patientem rationis participem, ut, mollim* tebbé, *rogo te.* Sctùye mené, *honorat me.* Yá násliduyem preblaxennógo Isùssa. *Ego sequor beatissimũ Iesum. Quædã transeunt in rẽ patientẽ, quæ est rationis expers, ut, mÿ* òremo zèmgliu, *nos aramus terram.* vij bodetè Kognà, *uos pungitis equum. Quædam denique habent nomina, quæ idem, quod ipsa uerba significant, ut,* oní xivú xivòt vessel, *illi uiuunt uitã lætam.* Oví, prilípu póyKu poyú, *hi pulcherrimam cantilenam canunt.*

5 *Porrò hæ tres uerborum ſpecies inter ſe differunt. Verba enim primæ admittunt ſenſum Paſſiuum in omnibus perſonis, ut,* yâſam ſctován, *io ſon honorato, ego honoror. Secundæ autem ſpeciei uerba ſenſum paſſiuum propriè non niſi in tertijs perſonis poſſunt admittere, ut,* zemgliá, yèſt orána od mené, *la terra è arata da me; terra aratur à me: uel* òreſe; *araſi; aratur. Tertiæ deniq. ſpeciei uerba nulla ratione ſunt paſſiuæ ſignificationis ſine particula (ſe), ut,* xivèſe xivòt velè trudni; *uiueſi uita aſſai fatichoſa; uiuitur uita ualdè laborioſa.* Tecéſe târK dugi: *correſſi corſo lõgo. curritur curſus lõgus.*

6 *Intranſitiua autem ſunt, quæ neque in aliud ſuam actionem transferunt, neque ab alio recipere ulla in ſe facta mutatione poſſunt id, quod ſignificant. Horum Prima ſpecies eſt uerbum ſubſtantiuum, quo utimur & in ſua ſignificatione, & coniuncto cum participijs uel actiuæ uel paſſiuæ ſignificationis. Hoc autem eſt (*Yesàm, yesì, yèſt; *ſum es, eſt) Secunda ſpecies ſunt uerba Abſoluta, quæ, ſtatim ut proferuntur, ſuam integram ſignificationem demonſtrant, quam neque aliunde accipiunt, neque in aliud transferunt, ut,* marmgnij: *murmurat:* tecé, *currit:* daxyij, *pluit;* blidi: *palleſcit.* gleddã, *aſpicio.* pſuyé, *uituperat:* smiyéſe, ridet; Kri-

cij,

Digitized by Google

cij,clamat. Çárglienij, rubeſcit.

7 *Quædam ex his dicuntur* Continuatiua *eo, quod continuam quandam paſſionem in patiente ipſo, neque aliundè ortam, quæque ex ipſo in aliud tranferri non poteſt, ad ſignificant, ut*, gorijm, ardeo; blidím, *palleſco*; cuddíſe, *admiratur, marauigliaſi.*

8 *Quædam uerò ſunt ſignificatiua actionis abſolutæ, quæ in ipſo agente fit, ut*, ſcétam, *deambulo*; tecém. *curro.* Vapye, *clamat. Ad hanc ſpeciem reuocantur uerba, quæ reſpondent huic interrogationi.* Sctò ciníſc ? *quid agis?* Sctím, *lego*: pijſcem, ſcribo; *quæ ex ſe ipſis illi interrogationi abſolutè reſpondent; extra quam ſignificationem caſum patientem requirant, ut*, Sctij ſféto píſmo; *legit ſacram ſcripturam.*

DE MODIS, CAETERISQVE Attributis Verborum.

Cap. I,

1 *Modi uerbcrum ſunt, qui demonſtrant animi ſenſa, ac uoluntatem in res ſignificatas. Sunt uerò fermè hi,*

Indicatiuus, qui rem narrat:

Imperatiuus, qui uel imperat, uel uenuſtè ſuauiterque rogat, uel permittit conceditque fa

ciendam, uel denique hortatur, & urget rem exequendam.

Optatiuus cupidos animi affectus ostendit.

Coniunctiuus non sine aliqua particula rem narrat.

Potentialis cum quadam breui uenustate potentiam, uel debitum, uel uoluntatem, uel consuetudinem & alia huiusmodi circa rem de qua est sermo declarat; qui etiam si non differat (quod spectat ad formas, ac tempora) ab alijs modis præsertim à Coniunctiuo; differt tamen uirtute ac uenustate in sensis animi breuius declarandis, ut, yá gliúbim Iυanna? *Amem Ioannē? ch'io ami; ch'io habbi dà amare Giouāni?* Gliúbilbih? *Amarem? Io amerei? hauerei puotuto amare?*

Infinitus est indistinctus & indifferens, qui caret personis, ac numeris.

2 *Tempora autem modorum, quæ qualitatem operationis (quod ad prius attinet & posterius) indicant, sunt uaria.*

Præsens; Præteritum imperfectum, Indefinitum, Perfectum, & Plusquam perfectum; ac Futurum.

Præsens rem, quæ nunc fit, demonstrat, ut, yá govorrím, *ego loquor.* tí hoddísc, *tu ambulas.* Oni tecé, *ille currit.*

Præ-

PRAETERITVM EST VARIVM.

Imperfectum inchoatæ actionis continuatio-nem, nec dum confectæ significat, ut, ucáh, *docebam.*

Indefinitum actionem præteritam significat, quam pridem uerò præterierit, non ostendit, ut, tekôh, *cucurri, corsi.* poydóh, *iui, andai;* pobìgosce, *fugerunt, fugirno.*

Perfectum actionem definito, certoque tempore confectam ostendit, ut gliúbiosam, *amaui, hò amato.*

Plusquamperfectum actionem non confectam modo; sed iam pridem elapsam significat, ut, bìah gliúbio, *amaueram, haueuo amato.*

Futurum actionem, quæ futura est, demõstrat, ut, ucìttichiu, *docebo, insegnarò.*

3 *Modis quibusdam omnia hæc tempora conueniunt: quibusdã uerò tantum aliqua, ut in coniugationibus constabit.*

4 *Species uerborum altera est Primitiua; altera Deriuatiua seu Deriuata.*

5 *Personæ uerborum sunt tres. Prima, quæ loquitur. Secunda, cum qua quis loquitur. Tertia, de qua quis loquitur.*

6 *Figuræ sunt simplex, & composita.*

7 *Numeri sunt duo singularis, & Pluralis.*

Digitized by Google

8 *Coniugationes denique verborum simplicium sunt tres, ut,* ucím, *doceo.* tícem, *tango.* ìmam, *habeo. Compositorum uerò ferè duæ, ut,* na rescùyem, exorno. napràvgliam, *apparo.*

CONIVGATIONES VERBORVM.

DE CONIVGATIONE Verbi

Yesàm, *sum.* & Hochiù, *uolo.* Caput III.



Ntequam agatur de modo coniugandi uerbi Transitiui, ponendum est hoc tertio capite, qua ratione coniugandasint hæc duo uerba Intransitiua, Yesàm, *sum. (ut Emmanuelis Aluari nostræ Societatis uiri eruditissimi in hoc consilium sequamur, qui hoc ipsum uerbum ante omnia proposuit.) Et uerbum,* Hochiù, *uolo. Prioris enim cognitio omnino ad omnium*

uerbo-

uerborum Coniugationes pernecessaria est: posterioris uerò ad certa quædam tempora. Vtriusque autem ita perpetuus est usus, ut uix sine illis colloquium paulò longius esse possit.

CONIVGATIO VERBI
Substantiui.
Yesàm_ : *sum_*.

INDICATIVI MODI TEMPVS
Præsens.
Numero singulari.

Yà yesàm. *ego sum*. nìsàm: *non sum*.
Tí yesì. *tu es*. nísi. *non es*.
On yèst. *ille est*. níye, uel, ní. *non est*.
Plurali.
Mij yesmò. *nos sumus*. nismò. *non sumus*.
Vij yestè. *uos estis*. nistè. *non estis*.
Oni yesù. *illi sunt*. nisù. *non sunt*.
Præteritum imperfectum.
Bijh, uel, bìah. *eram*. nebijh. *non eram*.
Bijsce, uel, bìasce. *eras*. nebijsce. *non eras*.
Bijsce, uel, bìasce. *erat*. nebijsce.
Plurali.
Bijhomo, uel, bìahomo. *eramus*.
Bijhote, uel, bìahote. *eratis*.
Bijhu, uel. bìahu. *erant*.

Inde-

Digitized by Google

Indefinitum.

Bih,*fui*.fui. nebìh.*non fui.*
Bì,*fuiſti*. fuſti. nèbi.*non fuiſti*.
Bì,*fuit*.fù. nèbi.*non fuit*.

Plurali.

bìhomo,uel,bìſmo.*fummo*.nebìſmo.*non fummo.*
bìhote,uel,bìſte.*fuſte*. nebìſte. *non fuſte.*
bìhu,uel,bìſce.*furono*.nebìſce.*non furono.*

Perfectum.

bìo { ſam,uel,yesàm.*fui*.ſono ſtato.
uel { ſi,uel,yesì.*fuiſti*. ſei ſtato.
bil { ye,uel,yèſt.*fuit*. è ſtato.

Plurali.

{ ſmo,uel,yesmò.*fuimus*. ſiamo ſtati.
bíli { ſte,uel,yeſtè.*fuiſtis*. ſete ſtati.
{ ſu,uel,yesù.*fuerunt*, ſono ſtati.

Pluſquam perfectum.

bijh. } *fueram*. ero ſtato.
bijſce. } bìo, uel, bil *fueras*. eri ſtato.
bijſce. } *fuerat*. era ſtato.

Plurali.

bijhomo. } *fueramus*, erauamo ſtati.
bijhote. } bíli *fueratis*, erauate ſtati.
bijhu. } *fuerant*, erano ſtati.

Futurum.

bìtichiu.*ero* — bìtichiemo.*erimus.*
bìtichieſc.*eris.* Plur. bìtichiete.*eritis.*
bìtichie.*erit*. — bitichiê.*erunt.*

IM-

Digitized by Google

IMPERATIVI MODI TEMPVS Præsens.

bùdi tí, *es, uel, esto.* sij tu.
bùdi òn . *sit ille* . sia quello.

Plurali.

bùdimo mij . *simus nos* . siamo noi.
bùdite vij. *este, uel, estote uos.* siate uoi.
bùdu onì . *sint illi* . siano quelli.

Futurum.

bìtchiesc tí . *eris, uel, esto tu.* sarai tu.
bìtchie òn. *erit, uel, esto ille*, sarà quello.

Plurali.

bìtchiemo mij . *erimus nos*. saremo noi.
bìtchiete vij. *eritis, uel, estote uos*, sarete uoi.
bìtchiê onì. *erunt, uel sunto illi* . sarãno quelli.

OPTATIVI MODI TEMPVS Præsens.

ò, uel, à { dà {
sam, uel, yesàm, *utinam sim* . Dio uoglia che sia.
si, uel, yesì, *utinam sis* . Dio uoglia che sij.
ye, uel, yèst. *utinam sit* . Dio uoglia che sia.

Plurali.

ò dà { ſmo, uel yeſmò, *utinam ſimus*, Dio uoglia che ſiamo.
ſte, uel, yeſtè. *utinam ſitis*. Dio uoglia che ſiate.
ſu, uel yesù. *utinam ſint*. Dio uoglia che ſiano.

Præteritum imperfectum.

ò dà { bijh, uel bìah, &c. *vtinam eſſem*, Dio uoleſſe che io fuſſi.
bijſce, *utinam eſſes*. Dio uoleſſe che tù fuſſi.
bijſce. *utinam eſſet*. Dio uoleſſe che quello fuſſe.

Plurali.

ò dà { bijhomo. *eſſemus.*
bijhote *utinam eſſetis.*
bijhu. *eſſent.*

Indefinitum.

ò dà { bih *fuerim*. Plur. bìſmo.
bì *utinam fueris*. bìſte.
bì *fuerit*. bìſce.

Perfectum.

ò dà { ſam, ſi. ye. } bio, uel bil, *utinam fuerim.*

Plur. ò dà { ſmo. ſte ſu. } bili.

Pluſ-

Plusquam perfectum.

bijh ⎫ *fuissem.*
ò dà, bijsce, ⎬ bìo, uel bil. *utinam fuisses.*
bijsce, ⎭ *fuisset.*

bijhomo. ⎫
Plur. ò dà bijhote. ⎬ bíli
bijhu. ⎭

Futurum.

ò dà	bùdem.	*utinam*	sim.
	bùdesc.		sis.
	bùde		sit.

Plur. ò dà ⎧ bùdemo.
⎨ bùdete.
⎩ bùdu.

Coniunctiui modi tempus

Præsens.

dà	bùdem. *ut*, sim.	Plur. dà.	bùdemo.
	bùdesc. *ut*, sis.		bùdete.
	bùde. *ut*, sit.		bùdu.

Præteritum imperfectum I.

bílbih.	*essem*,	sarei.
bílbi.	*esses*,	saresti.
bílbi.	*esset*,	sarebbe.

Plurali.

bílibismo.	*essemus.*
bílibiste.	*essetis.*
bílibi.	*essent.*

Im-

Digitized by Google

Imperfectum II.

bih, ⎫ essem.
dà bi, ⎬ bio, uel, bil, *ut*, *eßes*.
bi, ⎭ *esset*.

bismo ⎫
Plurali: dàbiste. ⎬ bili.
bisce. ⎭

Indefinitum.

⎧ bih. *ut fuerim*, che sia stato,
dà ⎨ bi.
⎩ bi.

⎧ bismo. *ut fuerimus*.
Plurali. dà ⎨ biste.
⎩ bisce.

Perfectum.

sam, ⎫ *ut fuerim*, che sia, o
dà. si. ⎬ bio, uel, bil. (che son stato
ye. ⎭

smo. ⎫
Plurali. dà. ste. ⎬ bili.
su. ⎭

Plusquam perfectum I.

bilbih, ⎫ *fuissem*, sarei stato.
bilbi. ⎬ bio, uel, bil, *fuißes*.
bilbi. ⎭ *fuisset*.

bilibismo. ⎫ *fuissemus*.
Plurali. bilibiste. ⎬ bili. *fuissetis*.
bilibi. ⎭ *fuissent*.

Pluf-

Digitized by Google

Plusquam perfectum II.

bijh, ⎫ *ut fuissem*, che fussi, o
dì bijsce, ⎬ bìo, uel bil (che ero stato.
bijsce. ⎭

Plurali dà bijhomo. ⎫
bijhote. ⎬ bíli.
bijhu. ⎭

Futurum.

bùdu ⎫ *fuero.*
kadà bùdesc. ⎬ bìo, uel, bil, *cum fueris.*
bùde. ⎭ *fuerit.*

Plurali.

bùdemo ⎫ *fuerimus.*
bùdete ⎬ bíli *cum fueritis.*
bùdu ⎭ *fuerint.*

Potentialis modi tempus
Præsens.

bùdu yá? uel, bùdẽ yá? *sim?* ch'io sia? che possa esser'io.

Præteritum imperfectum.

bílbih yá? *essem?* io sarei? & hauerei potuto essere?

Plusquam perfectum.

bílbih bìo? *fuissem?* io sarei stato?

Futurum.

bùdu bìti? *fuero?* io sarei per essere?

Infi-

INFINITIVI MODI TEMPVS vnicum Præsens.

Bìti. *esse.* essere.

GERVNDIVM.

Temporis præsentis & imperfecti.

Bùducchi, *cui respondet coniunctiui præsens, & imperfectum Latinum, hoc est, cum sim.* essendo io, *&, cum essem, in utroque numero, & cum omnibus personis; quod contingit etiam in omni genere uerborum.*

Perfecti, & plusquam perfecti.

Bivsci. uel, bùducchi, bìo, uel, bil. *cum fuerim, uel fuissem.* essendo stato.

PARTICIPIVM.

Præsentis, & imperfecti.

Budúcchi. *qui est.*
budúchia. *quæ est.*
budúchie. *quod est,*

Perfecti, & plusquam perfecti.

bìo, uel, bil. stato.
bìla. stata.
bìlo. stato.

Aliud.

bívsci essendo stato.
bívsca essendo stata.
bívsce essendo stato.

Admo-

Digitized by Google

Admonitio. I.
De modi indicatiui tempore præsenti.

1 *Pronomina demonstratiua sæpè cum uerbis coniunguntur; idcirco ea præponere omnibus personis uisum est saltem hoc tempore.*

2 *Ex tertia persona nonnulli abijciunt, t, sic* yès *pro* yèst.

3 *Formæ huius temporis diuersimodè tribuuntur alijs orationis partibus.* Quando*cunque enim coniunguntur cum particulis componentibus, prima & secunda persona abijciunt priorem syllabam, ut,* yásam, *ego sum* .Nisàm, *non sum.* bílsi, *fuisti.* Dàsi, *ut sis. Tertia uerò persona uel abijcit omnes consonantes, ut,* níe, *non est uel postremas duas. ut,* Níye, *non est.* ónye, *ille est. Quod fit in singulari. In Plurali autem omnes personæ priores syllabas abijciunt, ut,* Nismo, *non sumus.* vijste, *uos estis.* Ònìsu, *illi sunt.*

4 *Quando per se simplices formæ istæ ponuntur, nihil ex ijs abijciendum est, ut,* yestè vij bogli ucenìçi? *estis uos meliores discipuli? ex quo intelligitur formas integras esse in usu, præcipuè cum interrogatur, uel respondetur, sic,* yesmò, *sumus; si per solum uerbum respondeatur. Quod si etiam nomen aliquod addatur, melius erit sic respondere(* bó

glismo, *meliores sumus.)* quam (bògli yesmò) *Aliquando tamen haec à nonnullis confunduntur.*

De tempore Imperfecto.

Hoc tẽpore melius est omnes formas cum diphthongo, ij, scribere, ut appareat distinctio inter hoc, & Indefinitum, tum in persona prima singularis, bijh, *eram, &* bìh, *fui. tum in secunda & tertia,* bijsce, *eras, & erat, atque in tertia pluralis,* bìsce, *fuerunt. Quod autem formae propositae sint duplicis rationis etiam si posteriores rarò in libris inueniantur: sunt tamen in usu.*

De praeterito Indefinito.

Formae huius temporis unica uocali, i, scribendae sunt in utroque numero.

In Plurali positae sunt binae formae, quarum posteriores usitatores esse uidentur.

De praeterito Perfecto.

Fit hoc tempus ex praesentis formis, & ex participijs (bio, *uel* bil, *) quorum prius est indeclinabile: Posterius uerò declinabile sic,* bil, bìla. bìlo, *stato, stata, stato.*

Plu-

Plurali: bìli, bìlæ, bìla. *Qui duo casus tantum seruiunt huic præterito perfecto & plusquã perfecto. Quidam cum participio formas præsentis coniungunt integras. Quidam uerò alteram dumtaxat earum partem, de quo dictum est.*

De Plusquamperfecto.

Fit hoc tempus ex alterutro participio, & ex Imperfecti formis, de quo nihil præterea addendum est.

De Futuro.

Formatur futurũ ex infinito, & ex postremis syllabis (chiu, chiesc, chie) *uerbi* Hochiù, *Volo. Quod contingit etiam in omni genere uerborum.*

Admonitio II.
De Imperatiui tempore Præsenti.

1 *Modo huic tribuuntur tantum tempora Præsens, & Futurum, more Latino: Personæ in utroque numero ad imperandum tantum duæ: Ad hortandum uerò in Plurali etiam prima.*

2 *Futurum fit eodem modo, quo dictum est*

fieri futurum Indicatiui; tametsi potest in hoc abijci ultima uocalis, i, Infiniti, cuiuscumque generis uerborum sit.

Admonitio III.
De Optatiuo.

1 *Præsens & Imperfectum Optatiui additis particulis eius proprijs* (ò dà) *uel* (à dà) *quæ uim habent Latinæ uocis* (*Vtinam*) *uel* (ò si.) *easdem formas habent, quas eadem tempora Modi Indicatiui.*

2 *Indefinitum fit ex particulis ijsdem, & ex præterito indefinito.*

3 *Perfectum fit ex particulis & formis præsentis. & ex participijs Perfecti Indicatiui.*

4 *Plusquã perfectũ, fit ex ijsdem particulis & participijs: formis uerò Plusquã perfecti.*

5 *Futurum semper est simile Præsenti Coniunctiui.*

Admonitio. IV.
De Coniunctiuo.

1 *Et si modus hic habet proprias formas in præsenti: potest tamen assumere etiam formas Præsentis Indicatiui cum particula, dà, significante(ut)uel(si)quæ sint coniunctiones.*

Si

2 *Si Formis Præsentis Coniunctiui addantur particulæ.* Akò, *si, &,* kadà, *cum: significabit tempus Futurum ut,* Akò bùdem dòbar, *si ero bonus.* Kadà bùdem zdrâv, *cum ero sanus tunc autem melius erit mutare, m, in, u,* Akò bùdu. Kadà bùdu.

3 *Primo Præterito Imperfecto nulla additur particula; sed coniugatur, ut positum est. quod si addatur particula, dà, efficiet sensum alterius partis, quem habet idem tempus apud Latinos, ut, essem, che fussi,* dà bihbìo, *uel bil, ad quem sensum etiam exprimendum inseruiunt formæ præsentis, ut,* dà bùdem.

4 *De futuro dici potest, si cum participio iungantur formæ ipsius, sensum propositum habituras. At si cum forma Infiniti copulentur hunc sensum, ut,* Kadà bùdu bìti, *cum futurus ero, quando sarò, per esser: nonnunquam hoc ipsum authores ponunt in primo sensu.*

Admonitio V.
De Infinito.

Adhuc excogitare non potui, neque inuenire apud aliquem ex authoribus huiusmodi ullum aliud tempus præter præsens. quare huius unius formam posui.

Gerundia nō declinātur, nisi facta participia.

Participia declinantur more Adiectiuorum; quamquam aliqui eorum casus non sint in usu.

CONIVGATIO VERBI
Hochiù, Volo.
Numero Singulari.

INDICATIVI MODI TEMPVS
Præsens.

yá hochiù	*ego uolo*	io uoglio
tí hòchiesc	*tu uis*	tu uoi
òn hòchie	*ille uult*	quello uole

Plurali.

mij hòchiemo	*nos uolumus*	noi uolemo
vij hòchiete	*uos uultis*	uoi uolete
onì hochiê	*illi uolunt*	quelli uogliono

Præteritum Imperfetum.

hotiyáh	*uolebam*
hotiyásce	*uolebas*
hotiyásce	*uolebat*

Plurali.

hotiyáhomo	*uolebamus*
hotiyáhote	*uolebatis*
hotiyàhu	*uolebant*

Indefinitum.

hotìh	*uolui,*	*uolsi*

hotìi.

hotti : *uoluisti* uolesti.
hotti. *uoluit* uolse.

Plurali.

hotìsmo. *uoluimus* uolemmo.
hotìste. *uoluistis* uoleste.
hotìsce. *uoluerunt* uolsero.

Perfectum.

hotío { sam, uel yesàm *uolui* ho uoluto.
uel { si uel, yesì *uoluisti*, hai uoluto.
hotil { ye, uel yè i. *uoluit*, hà uoluto.

Plurali.

{ smo, uel yesmò. *uoluimus*
hotilli { ste, uel, yestè. *uoluistis*.
{ su, uel, yesù. *uoluerunt*.

Plusquam perfectum.

bijh } *uolueram*.
bijsce. } hotío, uel, hotil *uolueras*.
bijsce. } *uoluerat*.

Plurali.

bijhomo. } *uolueramus*.
bijhote. } hotilli *uolueratis*.
bijhu. } *uoluerant*.

Futurum.

{ chiu. *uolam*.
hotitti { chiesc. *uoles*.
{ chie *uolet*.

Plurali.

hotitti	chiemo.	*uolemus.*
	chiete.	*uoletis.*
	chiê.	*uolent.*

Imperatiui modi tempus
Præsens.

hotíy	tí	*fac uelis*
hotíy	òn	*fac uelit*

Plurali.

hotíymo	mij	*fac uelimus.*
hotíyte	vij	*uelitis.*
hotíyu	onì	*uelint.*

Futurum.

hotìt chiesc tí.&c.*Plur.*hotìt chiemo,mij,&c.

Optatiui modi tempus
Præsens.

ò dà	hòchiem.	*utinam*	*uelim.*
	hòchiesc.		*uelis.*
	hòchie.		*uelit.*

Plur. ò dà	hòchiemo.
	hòchiete.
	hochiê.

Præteritum imperfectum.

ò dà	hotiyáh.	*utinam*	*uellem.*
	hotiyásce.		*uelles.*
	hotiyásce.		*uellet.*

Plu-

Plur. ò dà { hotiyáhomo. / hotiyáhote. / hotiyáhu.

Indefinitum.

ò dà { hotih. / hotti. / hotti } *utinam* { *uoluerim.* / *uolueris.* / *uoluerit.*

Plur. ò dà { hotìsmo. / hotìste. / hotìsce.

Perfectum.

ò dà. { sam, uel, yesàm. / si, uel, yesì. / ye, uel, yèst. } hotío, uel hotíl.

Plur. ò dà. { smo. / ste. / su. } hotilli.

Plusquam perfectum.

ò dà { bijh. / bijsce. / bijscè. } hotío, uel, hotíl.

Plur. ò dà. { bijhomo. / bijhote. / bijhu. } hotilli.

Futu-

Digitized by Google

Futurum.

ò dà	hòchiem.	utinam	*uelim.*
	hòchiesc.		*uelis.*
	hòchie.		*uelit.*
Plurali	hòchiemo.		
	hòchiete.		
	hochiê.		

CONIVNCTIVI MODI TEMPVS
Præsens.

dà	hòchiem.	*uelim.*	Plur.	hòchiemo.
	hòchiesc.	*ut uelis.*		hòchiete.
	hòchie.	*uelit.*		hochiè.

Præteritum Imperfectum I.

hotío, uel, hotíl	bih, *uellem,*	uorrei.
	bi. *uellès,*	uorresti.
	bi. *uellet,*	uorrebbe.
hotilli	bismo.	
	biste.	
	bi.	

Imperfectum II.

bih	hotío, uel, hotíl,	*ut,*	*uellem,* che uolessi.
dà.bi			*uelles,* che uolessi.
bi			*uellet* che uolesse.
Plurali.dà bismo	hotilli.	*ut,*	*uellemus*
biste			*uelletis*
bi.			*uellent.*

Inde-

Indefinitum.

hotih. *uoluerim.* hotismo.
dà hotti. *ut uolueris.* *Plur.* hotiste.
hotti. *uoluerit.* hotisce.

Perfectum.

sam. } hotío, uel hotil, ut *uoluerim.*
dà. si } hotío, uel hotil, ut *uolueris.*
ye. } hotío, uel hotil, ut *uoluerit.*

Plurali. dà smo. } hotilli.
ste.
su.

Plusquam perfectum I.

bih. } hotío, uel, hotil *uoluissem.*
bìo, uel, bil. bi. } *uoluisses.*
bi. } *uoluisset.*

Plur. bili. bismo } hotilli. *uoluissemus.*
biste. *uoluissetis.*
bi. *uoluissent.*

Plusquam perfectum II.

bijh, } bìo, uel, hotío, uel hotíl, ut *uoluissem.*
dà, bijsce } *uoluisses.*
bijsce, } bil, *uoluisset.*

Plurali. dà bijhomo. } bili, hotilli.
bijhore.
bijhu.

Futu-

Digitized by Google

Futurum.

bùdu		*uoluero.*
kadà bùdesc.	hotío, uel, hotíl.	*cū uolueris.*
bùde.		*uoluerit.*

bùdemo	
Plurali. bùdete.	hotilli.
bùdu.	

INFINITI MODI TEMPVS

Præsens.

Hotittí. *uelle.*

GERVNDIVM.

Temporis præsentis & imperfecti.

Hotìyucchi, uel, hotécchi.

Perfecti, & plusquam perfecti.

*Hotìvsci, uel, bùducchi hotío, uel, hotíl.

PARTICIPIVM.

Præsentis, & imperfecti.

hotiyúcchi, uel, hotécchi. *hic*
hotiyúchia, uel, hotéchia. *hæc uolens.*
hotiyúchie, uel, hotéchie. *hoc*

Perfecti, & plusquam perfecti.

hotío, uel, hotíl. *uoluto.*
hotilla. *uoluta.*
hotillo. *uoluto.*

Aliud

Digitized by Google

Aliud.

hotívsci. *hauendo uoluto.*
hotívsca. *hauendo uoluta.*
hotívsce. *hauendo uoluto.*

Admonitio.

1 *Ex præteritorum formis à nonnullis solet abÿci uocalis, o, post, b; & littera, y, ex imperfectis.*

2 *Vltima forma pluralis, uel est,* hochiëe, *uel,* hochiê, *uel,* hottê.

3 *Compositum,* néchiu, *nolo, abiecta prima syllaba,* bo; *ex simplici, assumit in omnibus personis particulam, ne.*

DE PRIMA VERBORVM SIMPLICIVM CONIVGATIONE.

Caput IIII.



ERBA *huius Coniugationis ex præsenti Indicatiui, & Infiniti distinguenda sunt. Indicatiui enim prima persona desinit in syllabam,* im, *ut,* ucím, *doceo,* govorrím, *loquor,* gliúbim,

bim, *amo* . mollím, *rogo*. *Secunda uerò in*, *isc*, *&* *tertia*, *in*, *i*, *ut* ucísc, ucí; góvorrisc, góvorri. *Forma autem Infiniti desinit*, *in*, *iti*, *uel*, *it*, *ut*, gliúbiti, *amare*.

PRIMA CONIVGATIO.

Verbi simplicis desinentis in, im,

INDICATIVI MODI TEMPVS Præsens.

Numero singulari.

yá ucím.	*ego doceo*	io insegno.
tí ucisc.	*tu doces*	tu insegni.
òn ucí.	*ille docet*	quello insegna.
	Plurali.	
mij ucímo.	*nos docemus*	noi insègnamo.
vij ucíte.	*uos docetis*	uoi insegnate.
onì ucé.	*illi docent*	quelli insegnano.

Præteritum imperfectum.

ucáh	*docebam*	insegnauo.
ucásce.	*docebas*	insegnaui.
ucásce.	*docebat*	insegnaua.
	Plurali.	
ucáhomo	*docebamus*	insegnauamo.
ucáhote	*docebatis*	insegnauate.
ucáhu	*docebant*	insegnauano.

Inde-

Digitized by Google

Indefinitum.

ucìh. *docui*, inſegnai. ucìſmo.
ucci. *docuiſti*, inſegnaſti. *Plur.* u. ìſte.
ucci. *docuit*, inſegnò u. ìſce.

Perfectum.

ucio, uel, ucil { ſam. *docui*, hò inſegnato. / ſi *docuiſti*, haï inſegnato. / ye. *docuit*, hà inſegnato.

Plurali.

ucill { ſmo. *docuimus*, hauemo inſegnato. / ſte. *docuiſtis*, hauete inſegnato. / ſu. *docuerunt*, hanno inſegnato.

Pluſquam perfectum.

bijh } ucío, uel, ucil *docueram*.
bijſce } *docueras*.
bijſce } *docuerat*.

Plurali.

bijhomo } ucilli *docueramus*.
bijhote. } *docueratis*.
bijhu. } *docuerant*.

Futurum.

ucìttichiu *docebo* inſegnerò.
ucìttichieſc *docebis* inſegnerai.
ucìttichie *docebit* inſegnarà.

Plural.

ucìttichiemo *docebimus* inſegneremo.
ucìttichiete *docebitis* inſegnerete.
ucìttichiê *docebunt* inſegneranno.

IM-

IMPERATIVI MODI TEMPVS
Præſens.

ucì tì. *doce, uel, doceto tu*, inſegna tu.
ucì òn. *doceat ille*. inſegni quello.
Plurali.
ucìmo mij. *doceamus nos*. inſegnamo noi.
ucìte vij. *docete, uel, docetòte uos*. inſegnate uoi.
ucé onì. *doceant illi*, inſegnino quelli.

Futurum.
ucìt chieſc tí. *docebis, uel doceto tu*.
ucìt chie òn. *docebit, uel doceto ille*,
Plurali.
ucìt chiemo mij. *docebimus nos*.
ucìt chiete vij. *docebitis, uel docetote uos*.
ucìt chiê onì. *docebunt, uel docento illi*.

OPTATIVI MODI TEMPVS
Præſens.

ò dà { ucím / ucíſc / ucí } *utinam* *doceam* / *doceas*. / *doceat*.
Plurali.
ucímo *doceamus*.
ucíte. *doceatis*.
ucé. *doceant*.

IM-

Præteritum Imperfetum.

ò dà {	ucáh		*docerem.*
	ucáſce.	*utinam*	*doceres.*
	ucáſce.		*doceret.*

Plurali.

ucáhomo	*doceremus.*
ucáhote	*doceretis.*
ucáhu	*docerent.*

Indefinitum.

ò dà {	ucìh		*docuerim.*
	ucci	*utinam*	*docueris.*
	ucci		*docuerit.*

Plurali.

ucìſmo
ucìſte.
ucìſce.

Perfectum.

ò dà.	ſam }	ucío, uel, ucìl. *utinam*	*docuerim.*
	ſi		*docueris.*
	ye		*docuerit.*

Plurali.

ò dà. ſmo / ſte / ſu } ucilli.

H Pluſ-

Pluſquam perfectum.

bijh } docuiſſem.
ò dà.bijſce } ucío, uel, ucíl, *utinam* *docuiſſes.*
bijſce } *docuiſſet.*

Plurali.

hijhomo } *docuiſſemus*
ò dà.bijhote } ucilli. *utinam* *docuiſſetis*
bijhu } *docuiſſent.*

Futurum.

ò dà { ucím / ucíſc / ucî } *utinam* *doceam.* / *doceas.* / *doceat.*

Plurali.

ò dà { ucímo / ucíte / ucé } *doceamus.* / *doceatis.* / *doceant.*

CONIVNCTIVI MODI TEMPVS
Præſens.

dà { ucím / ucíſc / ucí } *doceam* / *ut doceas* / *doceat* — io inſegni. / che tu inſegni. / quello inſegni.

Plurali.

ucímo *docemus*
dà.ucíte *ut doceatis*
ucé. *doceant.*

Præ-

Præteritum Imperfectum I.

ucío, uel, ucíl { bih — *docerem.*
bi — *doceres.*
bi — *doceret.*

Plurali.

ucilli { bifmo
bifte
bi.

Imperfectum II.

bih } — *docerem.*
dà. bi } ucío, uel, ucíl, *ut doceres.*
bi } — *doceret.*

Plurali.

bifmo } — *doceremus*
dà. bifte } ucilli. *ut doceretis*
bi } — *docerent*

Indefinitum.

ucìh *docuerim.* ucìfmo.
dà ucci *ut docueris.* *Plur.* ucìfte.
ucci *docuerit.* ucìfce.

Perfectum.

fam }
dà fi } ucío, uel, ucil.
ye }

fmo }
Plurali. fte } ucilli.
fu }

Plusquam perfectum I.

bih
bío, uel, bil bi ucío, uel ucíl, *haurei insegnato, &c.*
bi

Plurali.

bismo
bíli. biste ucilli.
bi

Plusquam perfectum II.

bijh bío ucío *docuissem, che hauessi*
dà. bijsce uel uel *ut docuisses (insegnato*
bijsce bil ucíl *docuisset.*

Plurali.

bijhomo
dà. bijhote bíli ucilli.
bijhu

Futurum.

bùdu *docuero.*
kadà. bùdesc ucío, uel, ucíl, *cum docueris.*
bùde *docuerit.*

Plural.

bùdemo
kadà. bùdete ucilli.
bùdu

Digitized by Google

INFINITI MODI TEMPVS Præsens.

ucitti. *docere* insegnare.

GERVNDIVM.

Temporis præsentis & imperfecti.
ucécchi. *docendo, cum doceam.* insegnando.

Perfecti, & plusquam perfecti.
uciusci, uel bùducchi ucío, uel ucíl, *cum docuerim, uel docuissem,* hauendo insegnato.

PARTICIPIVM.

Præsentis, & imperfecti.

ucécchi *hic*
ucéchia *hæc docens*
ucéchie *hoc*

Perfecti, & plusquam perfecti.

ucío, uel, ucíl. *quello che hò insegnato.*
ucilla. *quella che hai insegnato.*
ucillo. *quello che hà insegnato.*

Aliud.

uciusci *quello*
uciusca *quella hauendo insegnato.*
uciusce *quello*

Admonitio I.

1 *Omnia fermè uerba desinentia in*, cim, rim, xim, *&* scim, *ex prima persona præsentis Indicatiui syllaba*, im, mutata in, ah, formant, *si uelimus primam personam præsenti imperfecti; si secundam, & tertiã, in* asce; *si primam pluralis in*, abomo. *Si secundam in* ahote. *Si tertiam in*, ahu.

2 *Quod si uelimus primam personam Indefiniti, mutabimus in*, ih, *si secundam, & tertiam, in*, i. *Si primam Pluralis in*, ismo, *uel*, ihomo. *Si secundam in*, *iste*, *uel*, ihote. *Si tertiam in*, isce, *uel*, ihu,

3 *Quod si uelimus Participia Præteriti tẽporis, sẽper mutabimus Indefiniti*, ih, *in io*, *uel*, *il*, *quorum alterutri additis formis uerbi*, yesàm, *si formæ fuerint præsentis indicatiui, formabitur, Plusquam Perfectum; ut apparet in exemplo.*

4 *Vt autem possit formari futurum, primum inuenienda est infiniti forma, hac ratione, mutabimus eamdem syllabam*, ih, *in syllabas*, *itti*. *Deinde formæ infiniti inuentæ addemus posteriores syllabas*, chiu, chiesc, *ex utroq. numero uerbi* hochiù. *His ita formatis, non erit difficile, reliquos modos inuestigare.*

Ad-

Admonitio II.

1 *Verba desinentia in*, bim, lim, pim, *&* vim. *ferè omnia formant Imperfectum in*, gliah, *ut*, Gliúbim, *amo*: Gliúbgliah, *amabã*, Gliubgliásce, *amabat. In reliquis autem tẽporibus, quæ huic non sint similia, nihil differunt à primæ Admonitionis formatione.*

2 *Desinentia in*, dim, *&* yim, *Imperfectum formant mutando*, im, *in* yah, *ut*, voddím, *duco*: vodyáh, *ducebam*: voyásce, *ducebas. Indefinitũ* vodìh, *duxi. Et* voyím, *bello*: voyâh, *bellabam*: voìh, *bellaui.*

3 *Desinentia in*, mim, *formant*, Imperfectũ *in*, iyah: *ut*, vmim, *Scio*: vmiyáh, *sciebam*. *Smim*, *audeo*: Smìyáh, *audebam*. razumím, *intelligo*: razumiyáh, *intelligebam. Quæ tamen formæ litteram*, y, *abijcere possunt.*

4 *Desinentia in*, nim, *formant Imperfectũ in*, gnah, *ut*, gònim, *ante ago*: Gognáh, *ante agebam*. Çinim, *æstimo*; Çignah, *æstimabam*. Cinim, *facio*: Cignáh, *faciebam*, *& his similia.*

5 *Desinentia in sim, formant Imperfectum in*, scah, *ut*, nosśim, *fero*: noscáh, *ferebam. Mirissim*, *fragro* Miriscáh, *fragrabam*.

6 *Desinentia in*, tim, *formant Imperfectũ in*, chiah, *uel*, tyah, *ut* Trattím, *Expendo*,

Trachiáh,*expendebam*. Máſtim, *ungo*; Máſchiah.*ungebam*. Maſtím,*cálco uu am* : Maſchiáh.

7 *Deſinentia denique in*,*zim*,*formant Imperfectum in*,xah, *ut*, barzímſe, *accelero*: barxáhſe,*accelerabam*.

Exceptio.

1 *Ex deſinentibus in*,*dim*,*excipiuntur monoſyllaba*, bdím,*uigilo*: bdiáh, *uigilabam*. *&* *defectiuum*,dím,*inquam*:diyáh,*aiebam*. *Quod cum careat alijs temporibus, ac modis tribuit ſeſe uerbo alteri defectiuo, quoad Præſens, & Imperfectum, cuius Indefinitum eſt* (rekòh,*dixi*)*ex quo deinde formantur Participia Perfecti*,rèkao, *&* rèkal; *& Infiniti forma* recchi,*dicere*,*uel ex altera forma Indefinita*(ríh,*dixi*) *fit*,ríti, *dicere*. *ex illa autem fit Futurum*, recchíchiu. *Ex hac uerò* rítichiu. *Coniunctiui autem Præſens eſt*, recém, *dicam*.

2 *Porrò huiuſmodi uerba non pauca ſunt, quæ carent Præſenti & Imperfecto Indicatiui*; *ea tamen mutuantur à uerbis eiuſdem ſignificationis*.

3 *Ex deſinentibus autem in*,*yim*,*excipitur* yím, *edo*: *quod format imperfectum ſic*, yidijh,uel, yiyáh. *edebam*. *Indefinitum*, yìh, *edi*:

edi: ex quo yío,uel yíl,*participia. In Infinito rursus deficit à communi regula,& facit*,yìsti; *unde fit Futurum* yìstichiu.

4 *Ex desinentibus, in,xim,excipiuntur* lexím,bixím,rexím, *quibus addi possunt ex finitis in, cim,* skucim,tercím,*quæ,& si qua sunt alia formant Indefinitum in ab:* lexàh,*iacui*: bixàh,*fugi*: rexàh, *rinctus sum. Deinde ad formanda participia Præteriti perfecti mutant,ab,in,ao,uel, al, ut,* lèxao, uel lèxal. *Rursus mutant, ab, in, atti, & formant Infinitum,*lexàtti,skúcatti,réxatti,*& his similia.*

Admonitio III.
De formatione Gerundij.

1 *Gerundium præsentis formari potest ex tertia persona Pluralis ferè semper addita syllaba,* cchi, *ut,* ucé,ucécchi,govorrécchi, vòdecchi.

2. *Gerundium autem Præteriti omnino indeclinabile potest formari ab Infinito mutata syllaba,ti,uel,tti,in,*vsci,*ut,* ucitti, ucívsci, *cum docuerim, uel docuissem: hauendo insegnato, io,tu,quello, noi, uoi, quelli.* gôvoritti, govorívsci: *hauendo parlato. & his similia.*

Ad-

Digitized by Google

Admonitio. IV.

1 *Nonnulla uerba huius coniugationis, & aliarum habent etiam alterius rationis primam personam Præsentis, ut,* Mollim, mogliu, *rogo.* hoddím, hòyu, *ambulo.* govorrím, gòvoru, *loquor.*

2 *Præteritum Imperfectum Coniunctiui primum, si illi addatur particula, dà, ut, uel, si.* kadà, *cum.* àko, *si, amittit suam significationem, & recipit illam, quæ in secundo Imperfecto proposita est.*

3 *Idem accidit in primo plusquam perfecto: utrumque autem contingere in omni genere uerborum intelligendum est, quod ad hæc bina tempora pertinet.*

Admonitio V.

Reuocari possunt ad hanc coniugationẽ quædam uerba defectiua simplicia, & composita seu deriuata, quæ carent præsenti, & imperfecto Indicatiui: ut, kupìh, *emi.* odgovorìh. *respondi. Quæ præsens, & imperfectum ab alijs simplicibus, uel compositis similis significationis uerbis sibi adsciscunt, ut,* kupŭyem, *emo:* kupòvâh, *emebam.* odgovárам, *respondeo:* odgovárah, *respondebam.*

DE

DE SECVNDA VERBORVM SIMPLICIVM CONIVGATIONE.

Caput V.



ES est aliquantò difficilior verba huius Coniugationis *ad certas regulas redigere. multiplex est enim Imperfecti, & Indefiniti modi terminatio, ex quibus ferè cætera fiunt.*

SECVNDA CONIVGATIO.

Verbi simplicis desinentis in, em.

INDICATIVI MODI TEMPVS Præsens.

Numero singulari.

yà tícem	*ego tango*	io tocco.
tí tícesc	*tu tangis*	tu tocchi.
òn tíce	*ille tangit*	quello tocca.

Plurali.

tícemo	*tangimus*	toccamo.

tícete

ticete	*tangitis*	toccate
ticu	*tangunt*	toccano

Præteritum imperfectum.

tijçáh. *tangebam* tijçáhomo
tijçásce. *tangebas* *Plur.* tijçáhote
tijçásce. *tangebat* tijçáhu

Indefinitum.

tijçàh	*tetigi*	toccai.
tijçà	*tetigisti*	toccasti.
tijçà	*tetigit*	toccò.

Plurali.

tijçàsmo, uel tiçáhomo, *tetigimus.* toccammo
tijçàste, uel tiçáhote, *tetigistis,* toccaste
tijçasce, uel tiçáhu, *tetigerunt,* toccorno

Perfectum.

tijçáo, uel tijçál { sam, uel yesàm. *bò* / si, uel yesì *hai toccato* / ye, uel yèst *hà* }

Plurali.

tiçalli { smò, uel yesmò. *hauemo* / stè, uel yestè. *hauete toccato* / sù, uel yesù. *hanno* }

Plusquam perfectum.

tijçáo, uel tijçal { bijh *tetigeram.* / bijsce *tetigerat.* / bijsce *tetigerat.* }

bijhomo } tiçalli. *haueuamo*
Plur. bijhote } tiçalli. *haueuate toccato*
bijhu } *haueuano.*

Futu-

Futurum.

tijçatti { chiu	*tangam*
chiesc	*tanges.*
chie	*tanget.*

Plurali.

